EPHEMERIS PERPETVA:

HOC EST,

GENERALE CALENDARIUM ASTRONOMICUM ET ASTROLOGICUM:

EXHIBENS

SOLIS ET PRÆCIPVARVM FIXARVM VEROS ORTVS ET OCCASVS, EORVMQVE NAturales Effectus, ſingulis menſium diebus & gradibus Zodiaci correſpondentes, & ad Horizontem elevati Poli 47. grad. ut & annum Chriſti 1646.

EA DILIGENTIA, QUANTA FIERI POtuit, ſecundum ſignorum Ordinem adornatum, elaboratum & conſcriptum,

A

JACOBO ROSIO Biberacenſi, Notario Cæſ. publico; & Mathematico.



BASILEAE

Apud HENRICPETRINOS.

ADMODUM REVERENDIS,
Clarißimis, Excellentißimis, Amplißimis Præstantißimis & Litteratißimis Viris,

D. MATTHIAE HIRTZGARTERO, Ecclesiæ Tigurinæ Ministro & Mathematico.

D. JACOBO BRANDMÜLLERO, Ecclesiæ Basileensis ad Claram Ministro.

D. CHRISTOPHORO LYTHARDO, Professori publico Theolog. Bernensi.

D. ELIAE PELLETARIO, Antist. Ecclesiæ Bielens. dignis.

D. VALENTINO AMPELANDRO, Verbi Dei in agro Bernensi Ministro.

D. IMMANUELI WETTERO, apud Bernates Verbi divini Præconi fidissimo.

Necnon

D. DANELI RHAGORIO, Civi Bernensi, Poëtæ Laureato, & Præfecto Thorbergensi.

Dominis Mæcenatibus, Patronis, Fautoribus, Compatribus & amicis suis,

REVERENDI & clarißimi Viri, veteres Philosophi Astronomiq́; periti. Poetæ imprimis, Historiographi & rei rusticæ scriptores, per certarum stellarum ortũ & occasum singulas anni partes descripsẽrũt: ut apud Ovidium, Vergilium & alios videre licet: unde ab autoribus istis, quòd plurimum hac descriptione uterentur, appellatio ei indita fuit, ut Poëticus diceretur. Omnis autem ortus astrorum & poeticus occasus, ut vocant, fit habitâ vel ratione Horizontis, vel radiorum Solis. Hinc fit, ut apud poetas triplex sit ortus occasusq́; syderũ, videl. Cosmicus, Acronicus, qui duo penes Horizontem sumuntur, & Heliacus, qui ad Solem refertur. Quorum definitiones & divisiones paßim reperiuntur in Astronomorum libellis. Ut autẽ constet ortuum & occasuum stellarum fixar. præcipua utilitas & efficacia, operæ pretiũ judicavi, paucis hîc aperire. Sæpißimè enim mihi cogitanti seriem anni, videtur Deus mirabili consilio ita distribuisse omnes & ortus & occasus, ut rerum nascentium utilitati serviant: id declarari multis exemplis posset. Solis in Ariete cursus suâ naturâ aliquantulum desiccat terrã & auram, ea tempestas apta est sationi & plantationi, sed seminibus aliquanto opus est humore, ideò cùm ventum est ad Pleiades, Hyades, Hædos, Orionis sydus, & Arcturum inter crura Bootis ordo naturæ adfert humidas sed salubres pluvias, & gratos ventos australes. Cernimus etiam ortus & occasus syderum maximam vim & energiam habere cum Sole in cienda tẽpestate, & reipsâ singulis anni temporibus hos ipsos ortus & occasus qualitatem suam & temperiem communicare & conferre. Hyems frigida & humida à stellis Saturninis & Venereis, flatulenta à Mercurialibus efficitur. Aestas calida & sicca ob Martiales & Joviales asterismos redditur. Ver calidum & humidũ ob Martiales, Venereas & lunares stellas efficitur. Autumnus denique frigidus & siccus ob Saturninas stellas, quibus cum oritur & occidit Sol, deprehenditur. Sol oriens ergo aut occidens cũ

capitis

capitibus Geminorum, efficit ventos: cum Pleiadibus aut hyadibus ventos, pluvias & nives pro conditione Temporis, producit: ratio hujus effectus hæc est, quòd naturam Martis & Lunæ, pluviosorum Planetarum habent: cum Orione oriens aut occidens Sol, ventos, tempestates, nebulas, nives, magnasq; interdum pluvias movet & excitat, cùm Orionis stella pleraq; tempestuosæ sint naturam Martis & Mercurii habentes. Animadversum etiam est Luminarium & Planetarum reliquorum vires & operationes multipliciter variari, ex stellarum fix. cum ipsis configuratione & positu; quandoquidem alia atque alia efficiunt, dum accedunt & recedunt, vel alio modo configurantur cum ipsis: sciendum tamen vires & operationes stellarum fix. ex trib. hisce differentiis discerni, quas notat Card. *in com. c.* 7. Ptol. 1. Magnitudine, *quæcunq; enim maiores sunt, illæ & maiorẽ, quæ minores illæ debiliorem vim habent.* 2. Lumine: *faciunt omnia illustria sive bona sint, sive mala, quæ lucidũ habent lumen: nebulosæ & tenebrosæ obscuritatem mentis & intellectus, aliorumq; effectuũ afferunt. Sic quæ densum habent lumen, efficaciores sunt; quæ rarius imbecilliores: Et quæ plurimum scintillant, ut Syrius, seu canis maior magnas conturbationes producunt, maria agitãt & mentes hominum inquietas reddunt.* 3. Loco: *Primò namque robustißimæ sunt, quæ ferè in Eccliptica seu via Solis constituuntur: ut Asellus austrinus in Cancro de natura Martis & Solis, cuius vis est æstum intendere: dextrũ genu Leonis & cor Leonis de natura Martis & Iovis, quarum vis est, aerem incendere, ad corruscationes & tonitrua. In extremo alæ sin. Virginis natura Mercurii & parum Martis, quæ aerem vehementer agitat vẽtis. Spica Virginis de natura Veneris, participe Martis, quæ aerem efficit serenum & flatulentum. In dorso Capricorni antecedens, de natura Martis & Mercurii, quæ impetuosa existit, &c. Hæ enim fixæ omnibus Planetis atq; ipsi Soli iunguntur. Proximũ his robur habent, quæ intra tertium latitudinis gradum cohibẽtur. Corpore enim omnibus Planetis præterquam Soli jungi possunt. Hinc quæ intra tertium & quintum latitudinis gradum*

consti-

constituuntur, ut quibus Luna cum Marte & Venere copulari potest. Ad extremum quæ intra quintum & octavum gradum latitudinis existunt, ut ad quas Mars & Venus sed rariùs accedunt. Secundò, stellæ, quæ borealem seu Septentrionalem latitudinem vel etiam declinationem habent, efficaciores nobis Polum Septentrionalem elevatum habentibus sunt, quàm quæ australem seu meridionalem latitudinem vel declinationem habent. Tertiò, quæ quoq; supra verticem alicujus regionis vel civitatis sunt, ita ut declinatio illarum latitudini regionis vel civitatis exactè respondeat, atq; inde verticales dicuntur, illa juxta Cardanum *cap. 10. Suppl. Alm. &* Stad. *c. 4. com. de stellis fixis, plurimum in illa possunt, & maximæ efficaciæ sunt: quæ autem remotæ sunt, tantò minus possunt, quantò plus à vertice removentur. Quartò, sic, quæ cum aliquo Planeta junctæ sunt in longitudine, aut etiam cum Planeta oriuntur, occidunt, vel medium cœli tenent, plurimum possunt, vimq; illius exhibent, cum quo versantur. Vltimò ex fixis quæ proximæ Zodiaco existunt, vel ob fulgoris majestatem, vel augustum luminis splendorem, & hinc eventuum efficaciam, vel ob magnificam & splendidam dignitatem quam decernunt, Regiæ vel Bebeniæ dicuntur, & numerantur à Stadio cap. 8. com. de stellis fixis quatuor: Virgiliæ, Palilicium seu oculus Tauri, Regulus & Cor Scorpii. Sed Cardanus c. 7. & 8. suppl. Alm. 15. numerat: In Tauro tres, unam ex Pleiadib. quæ est præcedentis lateris Boreus terminus quintæ magnitudinis: duas ex hyadibus, priorem 3. magn. quæ est inter nares & boreum oculum, posteriorem oculum Tauri Palilicium. In geminis unam, caput sequens geminorũ, quod dicitur Hercules. In Leone unam cor Leonis. In virgine unam, spicam, quæ στάχυς Græcis dicitur. In libra unam, Luminosiorem lancis meridionalis. In Scorpione tres: 1. ultimam lucidarum frontis Scorpii. 2. cor Scorpii. 3. Extra formam ab aculeo in boream vergentem. In Sagittario unam, quæ est Australior arcus Sagittarii. In Capricorno tres, 1. Australiorem in sequenti cornu Capricorni tertiæ magn. 2. quæ est sequens in rictu 6. magnit. 3. quæ est antecedens duarum in*

cauda Capricorni. Et tandem tibiam dextram Aquarii.

Quis jam quæso adeò ſtupidus, & extra contemplationem cæleſtium eſt corporum, qui non unà cum Aſtrologis, hanc pulcherrimam viciſsitudinem rerum, hunc ordinem & concentum hanc demum harmoniam corporum cæleſtium, & per hanc Creatoris ſapientiam & prudentiam ineffabilem admiretur? Quis quæſo hanc Aſtrorum ſcientiam non maximo haberet pretio, cùm Aſtra fabricata eſſe videat ſingulari Dei Providentiâ, ad amplianda magnifica Dei opera, non quibus ſcrutando nunquã ſatiari poſſumus, ſiquidem multò his majora ſunt abſcondita.

Licet autem hæc ita ſe habeant, ſunt tamen nonnulli hujus ætatis, qui totum hoc doctrinæ genus irrident, nec ſolùm prædictionibus fidem detrahunt, ſed etiam vituperant motuum cognitionem, quos ſinamus unà cum Epicureo ineptire. Sunt enim ejuſmodi, ut magis opus habeant Medicis, quàm Geometris. Eſt enim manifeſtum inſaniæ genus, aſpernari motuum cognitionem, quæ habet eruditiſsimas & firmiſsimas rationes: ſufficit rectè dixiſſe Ariſtotelem, cùm ait: hunc inferiorem Mundum à ſuperiore gubernari.

Verùm me jam ad vos converto, Reverendi & Clariſsimi Viri, & cùm ante annos aliquot perpenderem, omninò exiſtimavi, huic ſcientiæ Aſtronomicæ ſic incumbendum eſſe, ac ſi ipſa aliquando ope meâ fruitura ſit. Conſcripſi, ut videtis, in gratiam hujus celeberrimæ regionis Helveticæ præcipuos ſyderum ortus & occaſus cum Sole & aliis Planetis, eorúmque naturales Effectus, juxta ordinem menſium, dierum obſervationes item aliorum & noſtras accommodatas ad noſtra tempora, ex Tychonis Obſervatis, præcipuè verò ad annum 1646. noſtrumq; Horizontem & Elevationem Poli 47. grad. adnotavi. Retinent etiam ſtellæ vires ſuas ſemper, nec unquam per ſe mutant: ortus verò & occaſus ob progreſſum in conſequentia ſigna, latitudinem loci diverſam, & dierum anni Civilis, imprimis Juliani, qui cælo non planè reſpondet, variationem, in alia loca, & dies alios, ſenſim transferunt. Poſt ſtellarum veros ortus & occaſus autem

adjeci

adjeci etiam Tabulam, quæ fixarum veras magnitudines, Naturas, Longitudines in Zodiaco, Latitudines, ut & cœli mediationes continet, ne Astrologo planè quid desit.

Ut autem hoc Calendarium astrologicum tutum à Zoilis & obtrectationibus in manibus Astrophilorum versetur, insignium aliquorum Mæcenatum authoritatibus & patrociniis fuit fulciendum. Quod verò non alios Patronos aut Mæcenates, quàm vos ipsos quæsivit, viros doctos & bonis laboribus faventes. Quibus DEUS OPT. MAX. Nestoreos ac felicissimos annos elargiri velit, quod intimo precor pectore ac votis. Biennæ Helvet. A.O.R. 1628. die S. Galli.

V. R. & C.

Observ. & studios.

JACOBUS ROSIUS Not. publ.

CALEN-

CALENDARIVM ASTRONOMICUM ET ASTROLOGICUM, ANNI JULIANI nondum reformati, unà cum victûs & cultûs ratione Tetrastichis duodecim expositâ.

JANUARIUS.

Mensis amat tepido Jani decurrere victu,
Et refici grato sæpè liquore jubet.
Venâ tibi nullos exsudet secta cruores;
Sed calidâ fas est mergere corpus aquâ.

Locus Solis ☉ *Gr.* 21.

PRIMO Januarii die, cùm sol occupat 21. gradum & 36. min. ♑. prout videre licet ad sinistram, sub titulo, Locus Solis, oritur *Inferius cornu Capricorni*, stella impetuosa & subita, id est, Veneris & Martis natura. Eodem etiam die oritur manè cum sole *Sinister pes Andromedæ*, stella venerea. Culminat etiam *hoc die* sol cum Aquila *in 21. grad. 39. min.* ♑ *& profert frigidam auram, quia est stella naturæ frigidæ.* Eodem quoque die oritur matutino *Lucida sinistra manus* ♒ cum 21. grad. 51. min. ♑. naturæ ♄ ☿. Hoc tempore sese exhibet hyems, plerunq; cum mira inconstantia aëris, & nivibus, nebulis sive pluviis. Interim tamen sol elevari incipit, fiuntque dies longiusculi. De primo Jan. die *Leopoldus Austriacus* ita scripsit: si Calendæ Januarii, aut si mavis, primus dies anni fuerit die saturni, aut sabbathi, hyems erit ventosa, ver vagum, æstas varia, & assiduis tempestatibus agitata: Autumnus siccus, annona commoda, porcorum interitus, ligna cara: tertianæ multæ, cum variis hominum languoribus: senes morientur, incendia erunt multa, fœnum multum, fructus pauci, & hominum interitus. Est dies incertus Ptol.

♃ Culminans cum aquila, excitat turbidum, flatulentum & inconstans tempus.

II. Januarii die, *Radix caudæ* ♋ cosmicè descendit cum 22. grad. 15. min. ♋. de natura Saturni, & varius fit aëris status. 22

III. Januarii *Dexter humerus Herculis* de Mercurii natura, occidit cum 23. grad. 54. min. ♑. acronycè, ventumq; excitat. Eodem ferè die acronycè oritur, hoc est, vesperi, *Brachium* ♋ *boreale* cum 23. grad. 4. minut. ♋. naturæ ♄ & ♂. 23

☉ ♑
G. M.

JANUARIUS.

24 40 IV. Januarii occidit vesperi cum 24. grad. 9. min. ♑. *caput Herculis* impetuosum, de natura Mercurii & Martis: qui occasus nonnunquam teste Marte aut Saturno, Joveque efficit Tonitrua, & pestilentem aërem.

25 41 V. Januarii

26 42 VI. Januarii occidit *caput ophiuchi* de natura Saturni, participe venere, cum 26. grad. 49. min. ♑. Frigus exasperat, & nubes producit. Occidit etiam manè *Crater* cum 26. gra. 17. min. ♋. naturæ ♀ P. ♀ oritur etiam vesperi *Dextrum genu Orionis* cum 26. grad. 23. min. ♋. de natura ♃ & ♄.

27 43 VII. Januarii *Nebulosa in fronte, & præcedens rictus capricorni* manè cum 27. grad. ♑ emergere incipiunt, pluviæ simul & caligo.

28 44 XII. Januarii *Radix caudæ* ♋. cum 28. grad. 43. min. vesperi oritur, de natura Saturni, Subsolanusque flat. occidit etiam *Nebulosa in fronte* ♑. vesperi cum 28. grad. 33. min. ♑. naturæ ♄ P. ♀ caligo

29 45 IX. Januarii *Humerus sinister Bootis* de natura ♂ & ♄ quæ stella est pestilens, occidit cum 29. grad. 26. min. ♑ & aëris turbationem, nubesq; nivem spargentes adducit. Eodem die *caput Andromedæ*, ♀ & ♃ natura, cosmicè oritur cum 29. grad. 12. min. ♑. frigidamque aëris constitutionem cum serenitate adfert. Eodem etiam die *Assellus boreus* vesperi emergit cum o grad. ♌. naturę ♂ & ☉ promittit nives. Eodem quo die cum 29. grad 33. min. ♋. *Brachium ♋. australe*, naturæ ♄ ♂ manè occidit, & varius aëris fit flatus Ptol. de quo occasu Romæ Ovid. 1. Fast. ad 3. Non. Jan. sic scribit:

> *Ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis,*
> *Sparsaq; cœlesti rore madebit humus:*
> *Octipedis frustra quærentur brachia Cancri:*
> *Præceps occiduas ille subibit aquas*

Eodem etiam die oritur manè cum o grad. 1. min. ♒. *Nebulosa orientalis rictus* ♑. de natura ♄ P. ♀.

♒ 47 X. Januarii ingreditur sol principium ♒. *Humerus sinister* ♒ manè cum sole, & o grad. 52. min. ♒, oritur, stella de natura Saturni & Mercurii, aura frigida conglacians orientali vento juncta animadvertitur. Hoc die etiam vesperi occidit *Nebulosa orientalis Rictus* ♑, stella ♄ P. ♀ cum o grad. 56. min. ♒. *Venus quando ingreditur Aquarium efficit pluvias & ventos.* Ax.

XI. Ja-

JANUARIUS.

XI. Januarii *Sinistra manus orientalis* ♒ cum 1. grad. 39. min. 1
♒. manè, sole supra horizontem ascendente, emergit, naturæ ♄
☿. Occidit *Praecedens rictus* ♑ vesperi cum 1 grad. 36. minut. ♒.
pluviæ: oritur manè *cingulum Andromedæ* cum 1. grad. 37 min. ♒. na-
turæ ♀. oritur quoque *Lucida colli Pegasi* cum 1. grad. 14. min. ♒ na-
turæ ♂ & ♃ & ☿. occidit vesperi etiam cum 2. grad. 7. min. ♒.
Genu Antinoi naturæ ♂ ♃.

XII. Januarii occidit manè cum 3. gradu, 7. min. ♌. *caput* 2
sequens ♊. de natura ♂ frigus remissius. obs. mea.

XIII. Januarii cum 3 gradu, & 37 min. ♒ vesperi occidit *Infe-* 3
rius cornu ♑, de natura Veneris & Martis. Eodem quoq; die *Marchab,*
seu scapula Pegasi cosmicè oritur cum 3. grad. 6. min. ♒ naturæ ♂ ♃
☿ ventosq; occidentales pollicetur: si attestetur ☿ prædicit nives
pluvias & ventos. obs. mea. uti 1629. die 28. Jan. Oritur etiam vespe
ri *Canis Minor* cũ 3. grad. 38. min. ♌. naturę ☿ P. ♂ varius est aëris sta-
tus: oritur vesperi quoq; *venter leporis*, de natura ♄ & ☿ cum 3. grad.
40. min. ♌ exasperatur frigus. Eodem die vehementes *asellus austri-*
nus vesperi oritur cum 3. grad. 51. min. ♌ promittit nives vel plu-
vias. Emergit etiam *cervix australis* ♑. manè cum 3. grad. 8. min. ♒.
Eadem hac stella vesperi occidit cum 3. grad. 50. min. ♒. naturæ
♂ ☿

XIV Januarii *Boreale Superius cornu* ♑ cum 4. grad. 37. min. ♒ 4
vesperi occidit, de natura Veneris, & parum Martis, promittit fri
gus & nivem. Eodem etiam die occidit vesperi cum 5. grad. ♒. *Si-*
nister Humerus Herculis, stella ☿, subitasque cum vento & pluviis
tempestates movet. Eodem etiam die *sol culminat cum cauda cygni*
& 4 grad. 59. min. ♒. ♀ & ☿ naturæ, & frigidum tempus promit-
tit. *Ungula pedis* ♌. etiam cosmicè occidit cum 4. grad. 47. min. ♌.
naturæ ♀ P. ☿.

XV. Januarii *Humerus dexter* ♒ cum 5. grad. 5. min ♒ manè cum 5
sole oritur, de natura Saturni & Mercurii, exasperatur frigus, &
pluvius auster violentior flat.

XVI. Januarii *Latus dextum Antinoi* vesperi occidit cum 6. grad. 6
56. min. ♒, de natura ♂ ♃.

XVII. Januarii *Rostrum Corvi* de natura ♄ & ♂ occidit manè 7
cum 7. grad. 38. min. ♌.: & auram largitur turbidam crassamque.
Eodem etiam die vesperi exoritur cum 7. grad. 35. min. ♌. *Os seu*
Rictus ♌. naturæ ♄ ♂.

JANUARIUS.

8 55 XVIII. Januarii ferè *caput* ♊ *præcedens* manè occidit cum 8. grad. 14. min. ♌ nivesque cum ventis occidentalibus producit, hæc stella naturæ est ♂ ♀ ♄. *Mars & Mercurius per Dorsum antecedens capricorni in 9. grad.* ♒. *Impetuosus existit aer.*

Ax.

9 56 XIX. Januarii *Boreus asellus* manè occidit cum 10. gradu, & 18. min. ♌ naturæ ♂ ☉. efficitque pluvias. Eodem etiam die *Dorsum antecedens capricorni* vesperi occidit cum 9. grad. 31. min. ♒. naturæ ♂ ☿.

10. 57 XX. Januarii *Dorsum antecedens capricorni* manè oritur cum 10. grad. 39. min. ♒.

11 58 XXI. Januarii cum 12. grad. 3. min. ♌. oritur vesperi *Brachium* ♋ *australe*, naturæ ♄ ☿. occidit etiam vesperi cum 12. grad. 1. min. ♒. *Dorsum sequens*, ♑ naturæ ♂ ☿. Eodem die manè exoritur cum 11. grad. 32. min. ♒. *Pectus Gallinæ*, naturæ ♀ ☿.

12 59 XXII. Januarii *Canis Major* oritur vesperi cum 12. grad. 34. min. ♌. de natura ♃ ♂. & remissionem frigoris cum aura leni affert: secundùm Sattlerum verò efficit tempus ventosum & frigidum. Hoc die etiam manè oritur cum 13. grad. 13. min. ♒, *cubitus dexter* ♒, ♄ ☿ naturæ. Item cum 12. grad. 23. min. ♒ *Lucida sinistra manus* ♒ occidit vespertino, naturę ♄ ☿. Eodem etiam die manè occidit cum 13. grad. 8. min. ♌. *Cervix corvi*, ♄ ♂ naturæ: occidit vesperi sinistr. manus Antinoi cum 13. gr. 19. min. ♒ ♂ ♃ naturæ. *Sid. Collerum.*

13 59 XXIII. Januarii vel potius 24. occidit vesperi cum sole & 14. grad. 30. min. ♒ *Tomahant*, stella de Veneris & Mercurii natura, frigusque designat plerunque. *Et si Mars cum hac stella occiderit, efficiet nives*: occidit etiam vesperi cum 14. grad. 8. min. ♒ *cauda aquilæ* ♂ ♃ natura, flat Auster. Ax.

15 0 XXIV. Januarii occidit vesperi cum 15. grad. 31 min. ♒, *cauda* ♑ *præcedens*, Saturni & Jovis naturæ. Eodem etiam die *cauda* ♑ *sequens* manè oritur cum 14. grad. 52. min. ♒. ejusdem naturæ, & frigus parit. Eodem etiam die cum 14. grad. 44. min. ♒ vesperi, descendente sole, *Sinistra manus* ♒ *orientalis* occidit, naturæ ♄ ☿. Item *Borealis suprema cervicis* ♌, vesperi oritur cum 14. grad. 58. min. ♌

16 1 XXV. Januarii *Dorsum sequens capricorni* cum 16. grad. 20. min. ♒ manè exoritur, naturæ ♂ ☿. Item cum 16. grad. 32. min. ♒ vesperi occidit *Collum aquilæ*, stella Martialis & Jovialis, auster flat.

17 2 XXVI. Januarii cum 17. grad. 4. min. ♒, *aquila* vesperi descendit,

JANUARIUS.

dit, ♂ ♃ natura, stella tempestuosa, & pluvias vel nives adducit cum remissione frigoris, & secundùm Sattlerum nymbos & procellas. Item cum 17. gradu, 23. min. ♌ occidit manè *humerus dexter Centauri*, naturæ ♀ ☿. .

XXVII. Januarii *cauda sequens capricorni* cum 17. gradu, 58. min. vesperi occidit, ♄ ♃ naturæ, ac frigidum tempus minatur.

XXVIII. Januarii *Dextrum genu* ♌ acronycè exoritur, & cosmicè descendit cum 19. grad. ♒, naturæ ♀ P. ☿.

Ax. XXIX. Januarii *caput Medusæ* cum 20. grad. 3. min ♒ oritur manè, naturæ ♄ ♀ ♃ efficitque ventos frigidos. *Mars oriens cum capite Algol, affert mulieribus prægnantibus* damnum. Hoc etiam die *cervix* ♌ *media & infima australis* vesperi exoriuntur cum 20. gradu ♌. & plerunque tempus pestilentum procreant.

XXX. Januarii *Ungula pedis* ♌ cum 20. grad. 53. min. ♌. vesperi emergit, naturæ ♀ P. ☿.

XXXI. Januarii *Cotyla seu urna* ♒ supra horizontem eminet cum 21. gradu, & 55. minutis ♒, naturæ ☿ P. ♄. Eodem etiam die *Caduceator Reguli* cum 22. grad. 14. min. ♌ vesperi oritur, de natura ♂ ♃.

FEBRUARIUS.

Februa olus, volucresq; cibis odère palustres,
Esseq; inertifica febre timenda solent.
Pharmaca tunc hauri; tunc scinde in pollice venam,
Et calido multum flumine membra fove.

I. Februarii oritur manè cum 23. grad. 43. min. ♒, *præcedens cauda capricorni*, ♄ ♃ natura, & frigidum tempus minatur. Item *profusio aquæ* ♒ *prima* cum 22. gradu, 49. min. ♒, manè supra horizontem apparet, naturæ ♄ P. ♃. Item *Sinistra clunis* ♒ de natura ☿ P. ♄, cum 23. grad. 35. min. ♒ vesperi occidit. Eodem etiam die *caduceator* cum 23. gradu ♌ manè occidit, natura ♂ ♃.

II. Februarii occidit vesperi cum 24. grad. 36. min. ♒, *Humerus sinister aquarii*, de natura ♄ & ☿. occidit etiam vesperi cum 23. grad. 58. min. ♒, *stella in Femore sinistro præcedens Herculis*, de natura ☿, & ventos vehementes commovet occidentales. *Quando Mer-*

☉. M

FEBRUARIUS.

curius occupat 24.grad.37.min. ♒ *, tunc culminat cum Humero dextro aquarii, efficitq; tubidum,ventosum & nivosum tempus, vel imbres cum nivibus permisti cadunt.* Ax.

15 7 III. Februarii *Regulus* vesperi oritur,naturæ ♂ ♃. cum 25.grad. 3.min. ♌ existente sole in 25.grad.7.min. ♒ Et *quando Mercurius cum Regulo oritur,efficit nubilosum,humidum & subfrigidum tempus, maximè verò si Saturnus ei non denegaverit testimonium.*

16 7 IV. Februarii.

17 8 V. Februarii *occiput* ♓ *australe* manè cum 26.grad. 56.min. ♒ oritur,de natura ☿ P. ♄ & attestante Marte,pluvias magnas producit occidit etiam hoc die vesperi cum 27. grad. 10. min. ♒, *cauda Delphini.* De quo occasu,cùm sit astrum tempestuosum naturæ Saturninæ & Martiæ,hoc innuit Ptol. ad 15. Cal. Februarii, quod Auster violentior fiat cum pluvia. Fit nonnunquam ventorum concursus cum nivibus.Card.7.aph.94.Delphini vespertino occasu dies hyemant.Item hoc die astrum clarum in pectore Leonis,quod *cor* dicitur,cum 26. grad.43. min.♌. ferè manè occidit. De quo occasu Ptol.ad Cal.Febr. flat aquilo, & interdum pluit. Cardanus,cum *cor* ♌ occidit Favonii insurgunt 7.aph.94 occasum etiam cosmicum cordis ♌ Ovidius sequenti disticho monstrat ad 9. Cal Febr.

Sidere ab hoc ignis venienti nocte, Leonis,
Qui micat in medio pectore, mersus erit.

Columella verò ad 6. Cal.Febr. & stellę hujus occasum & hyemē mediam refert, dum lib. 11.rei rustic.cap.2.inquit: 6.Cal.Februarii Leonis quæ est in pectore clara occidit, & significatur nonnunquam hyems bipartita. *Mars occidens cum 26.grad.43.min.* ♒,oriente corde ♌ in *hyeme*, efficit nives,pluvias & *ventos* vehementes *Mercurius* occidens cum *Regulo*, efficit nubilosum *& humidum* tempus: occidit etiam manè *Algorab seu Ala dextra corvi* de natura ♄ & ♂ cum 27.grad. 11.min.♌ & aëris turbationem, nubesque nivem spargentes adducit. Item oritur cum 27.grad. 5. min. ♒ *Sinistrum femur Sagittari,* stella de natura ♄ ♃. Ax.

18 8 VI. Februarii oritur vesperi cum 28.grad.31.min. ♌ *Dorsum Leonis,* stella de natura Saturni & Veneris,nebulisque aërem & frigiditate replet. Hoc die etiam,quando sol occupat 28.grad.31. min. ♒, *Lyra* antea conspicua,ob occasum solis occultatur, quod Ovidius.1.Fast.hoc disticho proposuit ad 10.Cal.Feb.olim Romę.

Septi-

FEBRUARIUS.

Septimus hinc oriens(sc.dies à solis in ♒ ingressu) *cũ se demiserit undis*
Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.

VII. Februarii *Extrema ala Pegasi* manè oritur cum 29.grad.13. min. ♒, ♂ ♃ naturæ. Eodem etiam die *Sinister clunis* ♒ *australis* manè oritur cum 29.grad.11.min. ♒ , naturæ ☿ P. ♄. Item *Sagitta orientalis* vesperi occidit cum 28.grad.53.min.♒ , de natura ☿ ♃. Nec non vesperi exoritur cum 29. grad.6.min. ♌. *Coma Berenices*, naturæ ☽ ♀.

Ax. VIII. Februarii Sol ingreditur principium Piscium,dies hyemant, Ptol. occidit vesperi cum o grad.35.min.♓ *scheat vel crus* ♒ de natura ☿ P. ♄. Et si attestetur Mars vel Mercurius , efficit flatum ventorum vehementissimum cum pluvia. Eodem etiam die *cotyla* ♒ superius hæmisphærium fugit cum o grad.17.min.♓ naturæ ☿ P. ♄. Item occidit vesperi *Dextrum femur* ♒ cum o grad. 23.min. ♓ de natura ☿ P. ♄.

IX. Februarii *venter Delphini* cum 1.grad.11.min.vesperi occidit, naturæ ♄ ♂.

X. Februarii *Rostrum cygni* occidit vesperi cum 2.grad.40.min. ♓, de natura ♀ ☿, tempestatesque in mari, & aliâs humidam & ventosam auram minatur. Eodem etiam die *Latera Delphini in Rhomboide* vesperi occidunt cum 2.gradu ♓, qui occasus Cæsari incidit in 5. Idus Januarias. Et continui dies hyemis cum pluviis vel nivibus. Item cum 1.gradu 51.min.♍ *Sinistra axilla* ♌ vesperi exoritur,naturæ ♄ ♀ P. ☿.

Ax. XI. Februarii *Sinistra axilla* cum 3. grad.28. min.♍ manè occidit. Eodem die, vel ferè 12. *Dextrum femur* ♒, naturæ ☿ P. ♄, manè cum 3.grad.41.min.♓ exoritur.

XII. Februarii occidit vesperi *Humerus dexter* ♒, naturæ ♄ ☿, cum 4. grad. 47.min. ♓, pluviosa vel nivosa efficitur tempestas. Eodem etiam die vesperi occidit cum 4grad.10.min.♓ *Caput Delphini*, auster vesperi violentior fit, & pluit; quod hoc disticho innuit Ovidius 2 Fast.

Quem modo cælatum stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus nocte sequente tuos.

Ax. Oritur etiam vesperi cum 4. grad.24.min. ♍ *cor hydræ*, portendit idem,quod Humerus dexter ♒,quia ejusdem naturæ. *Mercurius cum soleat vel crure* ♒ in 4. gradu, 1.minut.♓, efficit ventum procellosum & pluviam. Herlic.

XIII. Fe-

G. M.

FEBRUARIUS.

5 11 XIII. Februarii *os seu rictus* ♌ cum 5. grad. 9. min. ♍ cosmicè descendit, hoc est, manè naturæ ♄ ♂. Eodem etiam die *Ungula sinistri pedis posterioris Monocerotis*, de natura ♄ ♃ acronycè cum 4. grad. 56. min. ♍ oritur, Favonius & Auster flant.

6 11 XIV. Februarii *cubitus dexter* ♒ vesperi occidit cum 6. grad. 31. min. ♓, naturæ ♄ ☿ pluviosa vel nivosa efficitur tempestas. Eodem etiam die *Effusio* ♒ *seq.* cum 6. grad. 38. min. ♓ vesperi occidit. Item cum 6. grad. 3. min. ♓, *profusio aquæ* ♒ prima vesperi descendit, naturæ ♄ P. ♃.

7 11 XV. Februarii *Apex Trianguli* manè oritur cum 7. grad. 30. min. ♓, ☿ natura, ventos movet. Eodem etiam die cum 6. grad. 57. min. ♓, *præcedens* ♓ *in alvo antec.* manè exoritur, naturæ ♃ ☿. Item *Australior infima cervicis* ♌ occidit manè cum 7. gradu, 4. min. ♍ frigusque exasperat.

8 12 XVI. Februarii occidit vesperi *os pegasi* ♂ ♃ ♀ natura cùm 8. grad. 43. min. ♓. & redditur varius aëris status, & aquilo flat. Item *Effusio seq.* ♒ *australis* manè oritur cum 7. grad. 47. min. ♓. naturæ ♄ P. ♃.

9 12 XVII. Februarii.

10 12 XVIII. Februarii cum 10. gradu 4. min. ♍. vesperi occidit *Humerus sinister Bootis*, de natura ♂ ♄.

11 12 XIX. Februarii oritur vesperi cum 11. grad. 9. min. ♍ cauda ♌, de natura ♄ ♀ ☿, humidamque tempestatem ciet. Et Ptol. hyemat dies. *Mars si in 11. grad. 9. min.* ♓. oritur vesperi cauda ♌, efficit ergo nubilosum & humidum tempus, in hyeme nives. Ax.

12 12 XX. Februarii cum 11. grad. 47. min. ♓. *Lyra* vesperi occidit, ♀ ☿ natura, Favonius ab occasu flat. *Et si* Saturnus respexerit Lyram occidentem, efficere solet ventos leves & cœlum nubilosum nebulas etiam & matutinum tempus frigidum, pluvias nonnunquam mixtis radiis solaribus. Ax.

Lyræ occasum vespertinum Ovid. his versibus 2. Fast. ostendit ad 4. Non. Febr.

Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum
Dicit, ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri.
Dumq; Lyram quærit, medii quoque terga Leonis
In liquidas subitò mersa natabat aquas.

Eodem die etiam oritur mane *sequens* ♓ *in alvo antec.* cum 12. grad. 14. min.

☉

14. min. ♓ naturæ ♃ ☿. ventosque movet.

XXI. Februarii *poples posterior* ♌ cum 13. grad. 7. min. ♍ vesperi exoritur, de natura ♀ & ☿. 13

XXII. Februarii. 14

XXIII Feb. *Media in posteriore pede* ♌ cosmicè descendit cum 15. grad. 38. min. ♍, naturæ ☿ P. ♂. 15

Ax. XXIV. Febr, *Mars cum occipite* ♓ *austr.* in 16. grad. 45. min. ♓, portendit pluvias largissimas. 16

XXV. Februarii *Media in poster. pede* ♌, *seu in Cubitu* cum 17. grad. 18. min. ♍ vesperi oritur, naturæ ☿ P. ♂. 17

XXVI. Februarii *Lucida cauda Cete* vesperi cum 18. grad. 32 min. ♓, ♄ natura, nebulasque producit. *Et quando* ☿ *in hoc gradu & min. existit*, efficit ventos & nives in hyeme, maximè verò si etiam ♃ attestetur. Eodem quoque die cum 18. grad. 19. min. ♍ cosmicè descendit *Poples posterior* ♌ naturæ ♀ P. ☿. 18

XXVII. Februarii 19

XXVIII. Februarii cum 19. gradu, & 52. min. ♓, *occiput* ♓ *australe* vesperi occidit, ☿ ♄ natura, ac humidum existit tempus. *Et si Mars* cum hac stella occiderit, efficere solet ventos & pluvias. Eodem quoque die *Lucida colli pegasi* vesperi occidit cum 19. grad. 50. min. ♓, ♂ ♃ ☿ naturæ. Item *Prac.* ♓ *in alvo antec.* cum 20. grad. 31. min. ♓ vesperi occidit, naturæ ♃ ☿. Item manè occidit cum 2. grad. 9. min. ♍, *cervix* ♌ *media*. naturæ ♄ P. ☿. 20

MARTIUS.

Martius humores, & terra, & corporis auget;
Tunc ratio est puri magna tenenda cibi,
Dulcia tum prosunt acri condita sapore:
Pharmaca non prosunt: venam aperire nocet.

I. Martii *Borealis cauda ceti* cum 21 grad. 34. min. ♓ vesperi occidit, de natura ♄ ac frigidum diem promittit cum nebula. 21

II. Martii *Extremitas ala fin.* ♍ cum 22. grad. 3. min. ♍ vesperi oritur, naturæ ☿ P. ♂. 22

III. Martii 23

IV. Mart. *Inferior ala cygni* vesperi occidit cum 24. grad. 22. min. ♓ naturæ ♀ ☿. 24

☉ ♈
G. M

MARTIUS.

Eodem etiam die occidit vesperi *seq.* ♓ *in alvo antec.* cum 23 gr. 54. min. ♓ naturæ ♃ ☿. Item *Extremitas alæ sinist.* ♍ mane occidit cum 24. grad. 9. mi. ♍. naturæ ☿ P. ♂.

25 9 V. Martii.

26 9 VI. Martii *Scheat* ♒ cum 26. grad. 21. min. ♓ manè oritur, naturæ ♀ P. ♄.

27 8 VII. Martii cum 27. gr. 32 min. ♓ *Scapula Pegasi*, ♂ ♃ ☿ natura, occidit vesperi. *Mars occidens cum Marchab seu scapula Pegasi, efficit ventos & pluvias vehementes in hyeme.* Ax.

28 7 IIX. Martii *vindemiator*, stella de natura ♄ & ♀ oritur vesperi cum 28. grad. ♍. cujus ortu Ptolom. aquilonem gelidum flare scribit.

29 6 IX. Martii *Boreal suprema cervicis* ♌ mane occidit cum 29. gr. 8. min. ♍. naturæ ♄ P. ☿.

♈ 6 X. Martii Sol ingreditur arietem, Favonius latè spirat, Ciconia apparet, & mare transmittit. Ptol. Nostris verò ciconia venit die Gertrudis, seu 17. Martii. *Crater* oritur vesperi cum 29. gra. 53. min. ♍, naturæ ♀ P. ☿, & commutatis ventis superat auster Ptol. Ad XVI. cal. Martii, orta sunt Romæ temporibus Ovidii vesperi hæc sydera: Corvus, Crater & Anguis; 2. Fast.

Continuata loco tria sydera, corvus & anguis
Et medius Crater inter utrumque jacet
Idibus illa latent; oriuntur nocte sequenti
Quæ tibi, cur tria sunt tam sociata, canam, &c.

1 5 XI. Martii vesperi occultatur *Dorsum occidentale ceti* cum 1. gr. ♈, natura ♄. Eodem etiam die oritur acronycè cum 1. grad. 14. min. ♎, *sinistra tibia bubulci*, de natura ♂ ♄.

4 XII. Martii.

4 XIII. Martii *Lucida* ♈ oritur mane cum 3. grad. 31. min. ♈. naturæ ♂ ♄.

3 XIV. Mart. *cornu arietis sequens* cum 4. grad. 2. min. ♈. mane oritur, de natura ♄ ♂. Ptol. ad 12. Calend. April. inquit: Aries in latus emergit, pluit aut ningit. Eodem etiam die cum 4. grad. 22. ♎. *Secunda* ♍ *ex 4. in sinistra ala*, naturæ ☿. P. ♀. vesperi oritur. Hoc die etiam vesperi emergit *Arcturus* cum 4. gradu, 29. min. ♎. cui Ptol. semper tempestates assignat. *Card.* 7. Aphor. 94. dicit: Cum Arcturus vesperi exoritur, hirundines apparent, jamque ver est.

MARTIUS.

eſt.Stad.cap.7. ſtell.fix.ſcribit : Ex occaſu veſpertino Arcturi hirundines catervatim recedere,uti ex ortu veſpertino advolare videmus. Flat tum Favonius, qui & *Plin.* libr. 2. cap.47. Chelidonius & ornithias ab hirundinū adventu dicitur.Refert porrò Stad, ſe obſervaſse cum Affiico ferè ſpirare ornithiam veſpertino Arcturi ex ortu circa Martii nonas. Rigidum quoque & turbidum eſſe Chelidonium,ſed coro longè mitiorem, grandinoſum, nivoſum,& quantum huc uſque conſtat 12. flare diebus, & magna cum pluvia aut grandinoſa procella deſinere in Favonium. Ptol. in ſignificationibus ſtellarum fixarum,circa finem Febr. & principium Martii,mentionem quoque facit in ortu Arcturi pluviarum, & flatus Favonii per 12. dies. Et *Stadius* ſtatim in principio cap. 7. ſtellarum fix. hæc refert:Arcturi ſydus non ſine procelloſa grãdinſe emergere teſtis eſt cum Columella Plinius, præſertim ſi Lunæ aut ♂ radiis adjuvetur : ſi ♄ acceſserit, pluvioſam tẽpeſtatem

Ax. aliquot continuis diebus obſervavimus. *Mars oriens* cum Arcturo

Aph. efficit calidos & inſalubres ventos. *Satl.* ax. 70. De hoc ortu acronycho etiam innuit Ovid. 2. Faſt.ita:

Tertia nox veniet: cuſtodem protinus Urſæ,
Aſpicies geminos exeruiſſe pedes,

XV. Martii.

XVI. Martii,

XVII. Mar. *Hœdi aurigæ* manè cum ſole exoriuntur, ♂ & ♀ natura,& pluvias deſignant.

XVIII. Martii occidit veſperi cum 8 grad. 8 min. ♈ *venter cete* naturæ ♄.

XIX. Martii *cornu arietis præcedens* cum 8.grad. 45.min. ♈. manè oritur, ♂ ♄ natura, & pluit vel ningit. Eodem etiam die *pectus Gallinæ ſeu Milvi* cum 8.grad. 45.min. ♈. veſpertino occidit,naturæ ♀ ☿.

XX. Martii *Media 3.in lino* ♓ manè cum 9.grad.40.min. ♈. exoritur,naturæ ♄.P.☿.

XXI. Martii *Scheat Pegaſi* cum 10.grad.30.min. ♈. occidit veſperi, ♃ ☿ natura,ut & *extrema ala Pegaſi* ♂ ☿ natura,tempusq; ventoſum & inconſtans reddit. *Mars cum crure pegaſi*, & ea quæ in ex-

Ax. trema parte alæ eſt, occidens tepiditatem auræ continuat in hyeme, nubiloſumque cœlum efficit. Efficit etiam Martis occaſus cum Scheat vel crure pegaſi ſæpiſsimè pluvias & ventos,maximè

☉ ♈
G. M

MARTIUS.

si attestetur signum humidum & pluviosum. Eodem quoque die *Gnosia* de natura ♀☿. oritur vesperi cum 11.grad.13.min.♎.tempestatesque in mari, & aliàs humidam & ventosam auram minatur, & Ptolo. aquarum de cælo pluvies. Ovidius hunc ortum acronychum hoc disticho proponit ad postr. Non. Mart.

Protinus aspicies venienti nocte coronam
Gnosida: Theseo crimine facta Dea est.

11 55 XXII. Martii.

12 54 XXIII. Martii.

13 53 XXIV. Martii *Media 3. in lino* ♓. de natura ♄.P.☿ cum 13.gr. 36.min.♈.vesperi occidit. Oritur quoque vesperi cum 13 grad. 51.min.♎.*ala dextra corvi*, de natura ♄ & ♂, austrumque pluviosum producit. Item *Secunda* ♍ *ex 4.* in sinistra ala manè occidit cũ 13.grad.28.min.♎, naturæ ☿ P.♀.

14 51 XXV. Martii *Spica* ♍ de natura ♀ & pàrum ♂. occidit manè cum 14.grad. & 36 min.♎, & minatur tempestates in mari, & aliàs humidam & ventosam auram. Eodem etiam die *Dextrum crus Bootis* vesperi exoritur cum 14. grad. 50. min. ♎, de natura ♂♄.

5 50 XXVI. Martii oritur vesperi cum 16.grad. ♎ *præcedens in sinistro femore Herculis*, de natura ☿, & ventos inconstantes exortu profert. Eodem etiam die acronycè descendit cum 15.grad. 56. min, *pectus ceti boreal.* naturæ ♄.

6 49 XXVII. Martii *Sol cum ceti ventre* in 17.grad.4.m.♈ humidã Ax.
& frigidam auram pollicetur. Exoritur etiam hoc die manè cum 17.grad.20.min.♈.Aust.3.in lino boreo ♓, de natura ♄ P.☿.

48 XXVIII. Martii.

1 46 XXIX. Martii *Rostrum Corvi* de natura ♄ & ♂ cum 18. grad. 13.min.♎ acronycè oritur, aëremque frigidum affert, *Præcedens* ♓ *à connexu* manè cum 19.grad.7.min. emergit, naturæ ♄ P.☿.

45 XXX. Martii.

44 XXXI. Mar. *Nodus lini* ♓ occidit vesperi cum 20.gr.5.m.♈. de natura ♃☿. oritur etiam vesperi *spica* ♍ cum 20.grad.44.minut. ♎ aërque frigidior, humidior & turbulentior animadvertitur: hyematque plerunque, aërque ad nives proclivis est. Sarl. Eodem etiam die cum 21.grad.9.min.♎ occidit cosmicè *tergum* ♌. stella ♄ & ♀, nebulasque cum rore cadente gignit.

APRI-

APRILIS.

Frigore cum lenta revocat telluris Aprilis;
Tunc etiam est tenuis,perque forata cutis.
Tunc intus sunt aucta magis,suntq; omnia plena,
Solvere se venter,vena aperire jubet.

I. Aprilis.

II. Aprilis *Cervix corvi* acronycè oritur,hoc est,vesperi cum 22 grad.48.min.♎,naturæ ♄ ♂. Eodem etiam die vesperi cum sole & 22.grad.46.min.♈.occultatur *Australis 3.in lino boreo* ♓, de natura ♄ P.☿,nivium & pluviarum causa evidentissima existit.

III. Aprilis *caput Andromedæ* occidit vesperi cum 23.grad.♈, naturæ ♀ ♃,frigidumque promittit aërem. Eodem quoque die *Præcedens* ♓ *à connexu* cum 23.grad.53.min. ♈.vesperi occultatur de natura ♄ P.☿. Item manè occidit cum 23 grad. 21.minut.♎ *cauda* ♌,naturæ, ♄ ♀ ☿ nivesque aëre existente frigidiore minatur.Et si coincidat aspectus ♃ & ☿, efficit ventos occidentales & Aph. pluvias.*Satl.*ax.63.

IV. Aprilis.

V. Aprilis *Præcedens ad genam cete* eminet manè cum 25.43.♈, naturæ ♄. Eodem etiam die cum 26.grad.18.min. ♈,*Extremum sinistri pedis Persei* manè oritur,de natura ♄ ♃.

VI. Aprilis.

VII. Aprilis *occiput ceti* acronycè occultatur cum 27.grad.22. min.♈,de natura ♄.

VIII. Aprilis *Medium oris ceti*, de natura ♄ cum 28.grad.47. min.♈,vesperi descendit. Eodem quoque die oritur vesperi *Dexter Humerus Herculis*,stella ☿,cum 28.grad.34. min.♎,ventumq; orientalem movet. Item hoc die *vultur cadens seu lyra* oritur vesperi cum 28.grad.43.min.♎,naturæ ♀ ☿.

IX. Aprilis oritur *Brachium dextrum Herculis* vesperi cum 29. grad.8 min. ♎,naturæ ☿,ventumque orientalem gignit. Eodem quoque die acronycè descendit *capillamentum ceti* cum 29.gra.48. min.♈,naturæ ♄.

X. Aprilis ☉ ingreditur ♉.*cingulum* ♍ manè occidit cum o. grad.15.min.♏,naturæ ♀ P.♀.

☉ ♉
G. M.

APRILIS.

1 26 XI. Aprilis.

2 24 XII. Aprilis ferè *lucida mandibula cete* vesperi occidit cum 2.
grad. 51. min. ♉, naturæ ♄, sol oriens aut occidens cum Cete in Aph.
vere, tempus pruinosum efficit. Eodem etiam die *cornu ♈ precedens* naturæ ♂ ♄ occidit vesperi cum 2. grad. 23. min. ♉. Mars
occidens cum cornu ♈, conatur efficere nubes & pluvias, in hyeme nives, excitat ventos tepidos, Favonium nimirum, aliosque Aph.
occidentales, idque sub vesperam. Item *sinister pes ♍ australis* vesperi oritur cum 2. grad. ♏, naturæ ☿ P.♀ & ♂. oritur etiam vesperi cum 2. grad. 31 min. ♏, *Lucida colli serpentis ophiuchi,* naturæ ♄ ♂.

3 22 XIII. Aprilis *Sinister Humerus Herculis* vesperi exoritur cum 3. grad. 34. min. ♏, naturæ ☿, aëremque nive pluviisque mixtum agitat.

4 20 XIV. Aprilis *cornu ♈ sequens* cum 4. grad. 2. min. ♉, vesperi occidit, de natura ♄ ♂. Eodem etiam die cum 4. grad. 32. minut. ♉ vesperi occidit, *Extremus pes posterior ♈*, de natura ♂. Tycho hanc stellam ponit supra oculum Cete. Item cum 4. grad. 10. minut. ♏ manè occidit *sinister pes ♍ australis*, naturæ ☿ P.♀ & ♂.

5 19 XV. Aprilis.

6 17 XVI. Aprilis.

7 15 XVII. Aprilis.

8 13 XVIII. Aprilis *Hyades* heliacè occidunt, cum Sol est in 8 grad. 29. min. ♉. De quo occasu Ovidius innuit:

Sed jam præteritas ubi quartus Lucifer idus
Respicit, hac hyades Dorida nocte tenent.

Et alibi ad postridie Cal. Maji:

At simul inducent obscura crepuscula noctem
Pars hyadum toto de grege nullo patet.

9 11 XIX. Aprilis *Lucida ♈*, natura ♂ ♄, vesperi cum 9. grad. 13. m. ♉. occidit.

Eodem etiam die *Tomahant* manè oritur, ♀ & ☿ natura cum 9. gr.
20. min. ♉, facit teste ☿ tempestates & ventos occidentales, teste Aph.
verò ♄ efficit pruinas. Si verò Mars cum hac stella oritur, efficit
nives. *Satl.* Hoc quoque die oritur acronycè *Borea lanx ♎* cum 9. Aph.
grad. 13. min. ♏. ut & *Lucida lancis australis* cum 9. grad. 58 min. ♏, frigidioresque noctes ob naturam stellarum ♄ promittunt. Et quando Mars oritur cum libræ lucidis, efficit nives, granula, pluvias & ventos, idque in principio Aprilis.

APRILIS.

⊙ G. M

XX. Aprilis *occiput cete* manè exoritur cum 9. grad. 52. min. 10
Aph. ♉, de natura ♄. Eodem etiam die *Media cauda* ♈ cum 10. grad. 8 min. ♉, cosmicè oritur, naturæ ♀. *Pleiadum item media* heliacè incipit occidere, quando Sol 10. grad. 42. min. ♉ occupat; olim ad 4. Non. Aprilis Pleiades Atlantis patris sui humeros exonerare, sive
Aph. occasu heliaco occidere cœperunt, innuente Ovidio 4. Fast.

Pleiades incipient humeros relevare paternos:
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

XXI. Aprilis *venter leporis* occidit vesperi cum 10. grad. 54. m. 11
♉, ♄ ☿ natura, ventosque frigidiores affert.

XXII. Aprilis ferè cum 11. grad. 46. min. ♏, occidit cosmicè 12
Lucida lancis Australis ♎, & *Cardano* 7. Aphor 94. imbres movet. Oritur etiam cum 12. grad. 25. min. ♉ *ultima cauda* ♈, quæ, quia stella est Venerea aërem rore matutino humectat, Accuratiores observationes hujus stellę ortum tribus diebus antevertunt. Eodem etiam die *præcedens cauda* ♈, manè cũ 12. gr. 3. m. ♉, exoritur nat. ♀.

XXIII. Aprilis vesperi occidit *cingulum Andromedæ* cum 13. gr. 13 3
19. min. ♉, naturæ ♀. item, eodem die *Apex trianguli* vesperi occidit cum 12. grad. 52. min. ♉, ☿ naturæ, ventosq; movet occidentales. Oritur etiam acronycè *Caput Herculis* cum 13. grad. 5. min. ♏, cum stella sit de natura ☿ & ♂, tonitrua & corruscationes frequenter excitat.

XXIV. Aprilis *Canis major* heliacè occidit, quando Sol versatur 14 1
in 13. gradu 48. min. ♉, hoc est, vesperi antea visus jam evanescit.

XXV. Aprilis cum 14. grad. 59. min. Solis heliacè occidit, *Aldebaran Tauri*. 14 59

XXVI. Aprilis. 15 56

XXVII. Aprilis *Nodus lini piscium* cum 16. grad. 49. min. ♉, manè 16 54
oritur, ♃ ☿ natura; qui oriens cum nodo lini ♓ efficit pluviam, & ventos. Eodem etiam die *Lucida Pleiadum* cum 16. grad. 35. min. Item *Augustissimus terminus* cum 16. grad. 58. min. ♉, manè
Aph. oriuntur, ♂ ☽ natura, quas & aliæ Pleiadum comitantur. De quibus *Ptol.* in signific. stellarum fixarum ad 10. Cal. Maji hæc refert: Vergiliæ oriuntur, Favonius spirat: & addit, post triduum definit
Aph. ver. Nonis quoque Maji hæc adscribit: Vergiliæ oriuntur matutino, & Favonius spirat: & ad sequentem diem principium æstatis reponit, & prævalere Favonium addit.

Nec

⊙ ♈
G M

APRILIS.

Nec dissentit *Cardanus* 7. Aphor. 103. ubi dicit: Vergiliarum exortus subsolanum excitat ventum. Item *Stad.* cap. 7. ubi ex Hippocr. doctrina vernum tempus ab æquinoctio usque ad exortum Pleiadum matutinum: æstatem verò ab exortu Pleiadum, ad Arcturi ultimum aspectum, seu occasum heliacum extendit. At nos hoc tempore vernum tempus ab æquinoctio ad Solstitium æstivum; inde verò ad æquinoctium usque autumnale æstatem determinamus. *Saturnus* apud pleiades, efficit humidum & ventosum tempus. Mars oriens cū pleiadibus, efficit nives, granula, pluvias & ventos, idque in principio Aprilis. In genere nebulosus aër per omnes terras existit. Hoc quoque die *cauda* ♍ cum 17. grad. 10. min. ♏. manè occidit, de natura ☿ & ♂. Et notante Ptolom. ad 5. Cal. April. vehemens flat ventus, pluviasque cum tonitrubus cōmiscet, flat etiam nonnunquam septentrio pluvius. De hoc occasu matutino caudæ ♏, etiam Ovid. 4. Fast. ita scribit: Aph.

Dum loquor, elata metuendus acumine cauda
Scorpius, in virides præcipitatur aquas.

17 52 XXVIII Aprilis *Rigel Orionis* vesperi occidit cum 18. grad. 2. m. ♉, cumque stella sit de natura ♃ & ♄, temperiem aëris commodā promittit, attestante tamen ♄, pruinas affert. Et *quando Mars occidit cum sinistro pede Orionis efficit* nubes; & in aliquibus locis pluvias in æstate verò tonitrua; aliàs verò plerunque serenitatis causa est. Eodem etiam die *præcedens cauda* ♈, occidit vesperi cum 17. gr. 43. min. ♉. naturæ ♀. item *sinister talus aurigæ* manè exoritur cum 18. grad. 2. min. ♉, naturæ ♂ ☿ ♃. item cum 17. grad. 23. minut. ♏, occidit manè *vindemiator* cum 17. grad. 23. min. ♏, naturę ♄ ☿ ♀. Nec non *sinistra manus austral. Ophiuchi*, naturæ ♄ P. ♀, cum 18. grad. 2. min. ♏, acronycè oritur. Aph.

18 50 XXIX Aprilis *caput Ophiuchi*, de natura ♄ P. ♀ cum 18. grad. 25 min. ♏, vesperi oritur.

19 47 XXX. Aprilis *Extremus pes posterior* ♈ (Tychoni supra oculum Ceti) de natura ♂ manè cum 20. grad. ♉ exoritur. Eodem etiam die *dorsum occidentale Ceti*, de natura Saturni manè cum 20. grad. 10. min. ♉, emergit. Eodem etiam die acronycè descendit cum 19. grad. 18. min. ♉, *media cauda* ♈, naturæ ♀.

MAJUS

MAIUS.

Omnia jam florent, jam formosissimus annus:
Iamq; tibi cuncti mollius esse volunt.
Balnea nunc cole, nunc sit pharmaca sumere cura:
Et tibi nunc misso sanguine vena fluat.

Aph. I. Maji *ultima caudæ* ♈ cum 20.grad.43.min.♉, vesperi occidit de natura ♀, pluviasque nocturnas parit. *Pectus etiam* ♉ hoc die vesperi descendit cum 20.grad.& 46.min ♉, de natura ♂ ☽. Eodem etiam die *Dorsum orientale Ceti* manè cum 20 grad. 33.minut. exurgit, stella Saturnina.

II. Maji.

III. Maji occidit manè cum 22.gr.56.min.♏ *Nebul.seq.aculeum* ♏ naturæ ♂ ☽. De quo occasu *Ptol.* ad Cal.Apr.ita loquitur: Scorpius occidit, & Aquilonis flatu nebulosum est cœlum. Item *Humerus dexter Orionis* heliacè occidit, quando Sol occupat 22. gr. 24.min.♉.

Aph. IV. Maji *ultima clypei Orionis* occidit acronycè cum 23 grad.17. min.♉, naturæ ♃ ♄, aëremque pluviosum efficit. Item occidit etiam vesperi *Dextrum genu Orionis* cum 23.grad.43.min.♉.ejusdē naturæ.

Eodem quoque die cosmicè descendit *Media frontis* ♏, de natura ♄ P.♂.cum 23.grad.48.min.♏.

V. Maji.

Aph. VI. Maji Venus in 25.grad.3.min.♉, hoc est, quando conjungitur Lucidæ pleiadum, efficit pluvias, & si in hunc transitum incidat ortus & occasus syderis pluviosi aut nivosi, producit nives & pluvias. Est & hoc notandum, quod *Stad.* cap. 7. de pleiadibus his verbis monet: observavimus Veneris aut Martis, aut solius ♂ per pleiades transitus, aliquot diebus pluviosam ciere tempestatem.

VII. Maji *Prima hyadum in naribus* de natura ♂ vesperi occidit cum 26.grad.18.min.♉. De quo occasu Hyadum hæc scribit *Ptol.*ad 17.16.13.& 6.Cal. Maji: Suculæ occidunt, spirant venti frigidi, Favonius, item Affricus vesperi, fit veris conversio, flat & Auster: Et observationibus comprobatum est, auram ut pluri-

⊙ ♉
G. M

MAJUS.

mùm humidam vel nivosam tum animadverti. Et Aratus in suis phænomenis de succulis hæc scribit: quod sit sydus vehemens,& terrâ mariq́ue turbidum.

Eodem etiam die cosmicè occidit *Cor* ♏ cum 26. grad. 10. min. ♏,de natura ♂ P.♃,aërem que æstuosum reddit. Et Ptol. vehemens flat ventus,pluviasq́ue cum tonitribus commiscet.

Item hoc die vesperi oritur cum 26.grad.37. min. ♏ ,*Humerus dexter Centauri*: stella Venerea & Mercurialis, humidumq́ue efficit aërem.

Item *sinistrum genu Ophiuchi* acronycè oritur cùm 26. gr. 7. min. ♏, de natura ♄ P. ♀.

Item cum eodem gradu 44.min.♏,*Dexter humerus Ophiuchi* vesperi oritur,ejusdem naturæ.

27 28 VIII. Maji oritur vesperi cum 27.grad.36.min.♏,*Borealis frontis* ♏, de natura ♂ P ♄. Aquilo flat, & rores cadunt.

28 26 IX Maji *Tertia hyadum* vesperi occidit cum 28.grad. 55.min.♉, ♂ natura.

Eodem etiam die *lucida Pleiadum* vesperi occidit ♂ ☽ natura,efficiuntq́ue hi occasus plerunque humidum & ventosum tempus. De Pleiadum occasu *Ptol.* in principio Aprilis scribit, quòd Affricum ventum commoveant, qui tandem ad Favonium devolvitur vide 6.Maji. Eodem etiam die *Media & ultima Baltei Orionis* occidunt,♃ & ♄ natura; efficiunt plerunque humidum & ventosum tempus.

29 23 X Maji *Secunda Hyadum* cum 29. grad.24. min.♉,vesperi occidit,♂ natura. Eodem etiam die *prima balthei Orionis* vesperi occidit,♃ & ♄ natura,cum 29.grad.12.min.♉.Et si attestetur Mars aut Venus,pluvias plerunque efficit. Aph.

Eodem etiam die cum 29. grad. 14.min. ♉,*Syrius, seu canis major* vesperi occidit, naturæ ♃ ♂:conturbatur aër ab Austro, & Aquilo se simul permiscet,juxta *Ptol.* ad ultimum Aprilis diem. Item alibi,canis occultatur,rores descendunt. Et *Stadius* cap.7.tab. Bergens.refert: Sirii vespertino occasum, si biduo antevertat vel sequatur plenilunium,segeti rubiginem,& florentibus uredinem prænunciari:unde & Romani leniendæ injuriæ causâ *Robigalia*, sive *Rubigalia*,quorum *Plin.* lib. 18. cap.29. meminit, & *Floralia*, *illa* ex Numæ decreto ad 7.Cal.Maji,*hac* ex Sibyllarum oraculo ad 4 3.pridie & ipsas Calendas Maji celebrarunt. Nostro verò seculo ad

lo ad

MAJUS.

lo ad hác imitationem paſsim pompâ ſolenni die S. Marci & Rogationum diebus fieri ſegetum & fructuum luſtrationes credibile eſt. *Mars occidens cum Syrio* calidiſsimam tempeſtatem in frigidā & humidam reſtituit, nubesque cœlo obductas aliquot diebus retinet.

Aph.

Eodem etiam die *Media frontis* ♏, cnm 29. grad. 85. min. ♏ veſperi, oritur, de natura ♂ P. ♄. Occidit etiam manè cum 1. grad. 51. min. ♐ *Borea lanx* ♎, naturæ ♃ ☿.

XI. Maji Sol ingrediiur ♊. Hoc die veſperi occidit cum 0 grad. 32. min. ♊ *Aldebaran ſeu oculus* ♉, ♂ natura, tempeſtatesque procreat. *Mars occidens cum oculo Tauri* in principio Maji, efficit gran dines, tonitrua, corruſcationes ventosque vehementes, ſequentem verò diem rorulentum. *Satlerus.* Et alibi, *oculus* ♉ *cum* ♂ *occidens*, peculiarem vim habet generandi & projiciendi grandinem, & quidem nocentiorem, idque omne in vere magis quàm æſtate, quia eo tempore & mediæ regionis frigus cogendo intenditur, & vapores tepidi ſubitę conſtrictioni obnoxii generantur, de quibus facilè grando producitur: vapor autem ille quando minus copioſus eſt, ſolet producere imperfectam grandinem, quam noſtri Kyſelbonen vocant. Et cadere illa ſolet frequenter apud nos in Majo & Aprili: cauſatur à Saturno & Sole aut ſtellis Saturninis & Venereis, earumque congreſſu.

Aph.

Eodem etiam die *medium oris Ceti* cum 0. grad. 27. min. ♊, manè aſcendit, naturæ ♄.

Item *Borea frontis* ♏ cum nullo gradu 52. min. ♊ manè occidit, naturæ ♂. P. ♄.

Aph.

XII. Maji occidit veſperi *oculus* ♉ *boreus* cum 1. grad. 49. min. ♊, ♂ natura, idem fermè operatur, quod oculus ♉. Luna per hyades in 1.2.3. grad. ♊, efficit ventos & pluvias.

Aph.

XIII. Maji cum 2. grad. ♊, *Humerus ſiniſter Orionis* veſperi occidit, ♂ ☿ natura, tempusque reddit triſte ſi Luna feralis. *Mars occidens cum humero ſiniſtro Orionis*, efficit tonitrua, grandines, imbres, & calorem intenſum, idque tum maximè, quando Jupiter ſuum ei non denegaverit teſtimonium, qui fulmina cauſat.

Aph.

☉ ♊
G. M

MAJUS.

Eodem etiam die *præcedens ad genam Ceti* ſupra horizontem manè apparet cum 2.grad.44.min.♊,naturæ ♄.

Item hoc die *inferior ala Cygni*, de natura ♀ ☿ acronycè oritur cũ 2.gr.42.min.♐.

3 13 XIV. Maji ferè *cavum ſiniſtri pedis Ophiuchi* veſperi oritur cum 2. grad.48.min.♐.naturæ ♄.P.♀. *Mercurius cum oculo Boreo* ♉ in 3. grad.32.min.♊,procelloſum ventum denotat, Herlicius weiſet dem Ochſen das Aug außſticht/verurſacht er ſturm. Aph.

4 10 XV. Maji ferè manè oritur *venter Cete* cum 3.grad.58.min.♊, naturæ ♄:& pluviam ſignificat.*Herlic.*pręſertim ſi ſignum aliquot pluvioſum teſtimonium perhibuerit. Occidit etiam manè cum 4.grad.46.min.♐,*cavum ſiniſtri pedis Ophiuchi*,naturæ ♄ P.♀,& atteſtante Saturno per oppoſitionem, frigidam auram in toto Majo præſagit. Aph.

Eodem etiam die ferè manè oritur cum 3.grad.58.min.♊, *venter Cete*,naturæ ♄,cum quo ſi Mars oriatur, dum Jupiter regreditur,in vere efficit ventos frigidos occidentales, & pluvias cum grandine.*Satl.* Aph.

1 8 XVI. Maji cum 5.grad.7.min.♊,*Lucida mandibula Cete* manè oritur,natura ♄,& ſi atteſtetur, frigidam auram promittit.

Venus culminans cum Paliliciо in 5.grad.51.min.♊,ſignificat imbres *Sol verò culminans cum oculo* ♉,interdum ventum occidentalem denotat:maximè verò ſi ♃ aut ☿ aderit. Aph.

5 XVII. Maji ferè cum 5.grad.32.min.♐, veſperi oritur *cauda aquilæ*,naturæ ♂ ♃.

2 XVIII. Maji *Dextrum genu Ophiuchi* de natura ♄P. ♀ cum 6. grad.56.min.♐, acronycè emergit.

0 XIX. Maji *oculus boreus* ♉ cum 10.grad.9.min.♊, manè oritur ♂ natura tempeſtatesque gignit.

Eodem quoque die *ungula ſiniſtri pedis poſterioris unicornis* veſperi occidit cum 7.gr.38.min.♊,naturæ ♄ ♃.

57 XX. Maji *Hum.dexter Orionis* veſperi occidit cum 8. gr. 57.m. ♊,naturæ ♂.☿, tempeſtatesque prænunciat. Eodem etiam die *dexter talus aurigæ* manè oritur cum 8.grad.47.min.♊, naturæ ♂P.☿.

54 XXI. Maji *ſecunda Hyadum* manè oritur cum 9 grad. 56.minut. ♊,naturæ ♂,pluviasque facit. *Ptolomæus* ad 13.& 9 Cal.Junii ſcribit:

MAJUS.

bit: Succulæ oriri incipiunt, flat Aquilo & pluit. Malum omen ad proventum vini, cùm hoc die pluvia ceciderit: ortus præterea hyadum efficit plerunque maximè ♄ teste pluviosum, humidum, nubilosum tempus, ventosque occidentales vehementes, maximè si ♂ ingrediatur Saturni ædes, aliudque signum aëreum aut aquaticum.

Eodem etiam die *Cor* ♏, cum 9. grad. 50. min. ♐ acronycè oritur, naturæ ♂ P. ♃ tempestatesque gignit. Item hoc die *Procyon, seu Canis minor* heliacè occidit, quando Sol in 9. grad. 22. min. ♊, atque his temporibus fluctuant in cellis vina, *Stadio* cap. 7. stel. fix.

XXII. Maji *Sagitta orientalis* cum 10. gr. 43. m. ♐ vesperi emergit, naturæ ♂ ♃. Eodem etiam die cum 10 grad. 46. min. ♊, *pectus* ♉, manè exoriente Sole, emergit, de natura ♂ ☽.

XXIII. Maji *prima Hyadum in naribus* manè oritur, ♂ natura, cū 11. grad. 32. min. ♊. *Mars cum sinistro pede Orionis* in 11. grad. 56. m. ♊, naturæ ♃ ♄, portendit tonitrua, & in locis montanis ventos horrisonos & nives. *Ritterus*. *Venus culminans cum hœdis* in 11. grad. & 56. min. ♊. siccam & calidam promittit tempestatem. *Herlic*.

Aph.

Aph.

XXIV Maji *Coma Berenices* cosmicè descendit cum 18. gradu: 18. min. ♐ naturæ ☽ ♀.

XXV. Maji *Tertia Hyadum* manè oritur cum 13. grad. 21. minut. ♊, ♂ natura. Et Ptol. Succulæ totæ emergunt, Auster flat. *Mars culminans cum Capella* in 14. grad. 1. min. ♊, procreat humidam & frigidam auram in Aprili. *Herlic*.

Aph.

Tibia dextra Ophiuchi etiam vesperi oritur cum 13. grad. 38. min. ♐ naturæ ♄ P. ♀.

XXVI. Maji *Lampadias seu oculus* ♉ manè oritur cum 14 grad. 20. min. ♊, ♂ natura, efficitque pluvias, & tempestates.

XXVII. Maji occidit cosmicè cum 15. grad. 46. min. ♐ *Sagittarii cuspis sagittæ*, naturæ Martis & Lunæ.

Item eodem die cosmicè descendit, hoc est, manè Sole è regione exoriente cum 15. grad. 42. min. ♐, *sinistra tibia Bootis seu Bubulci*, naturæ ♂. & ♄.

XXIIX. Maji.

XXIX. Maji.

XXX. Maji *caput Medusæ* cum 18. grad. 41 min. ♊, vesperi occidit, ♄ ♀ ♃ natura, tempestatesque prædicit. Et si Saturnus affuerit cum Marte, efficit subfrigidas pluvias.

⊙ II G. M

MAJUS.

Eodem etiam die occidit vesperi cum 18.grad. 17.min.II, *Cornu australe extremum* ♉, de natura ♂.

Item eodem die vesperi oritur cum 18.grad. 44.min. ♐, *Aquistella* Martialis & Jovialis, pluviasque repentinas, fulgura & tonitrua commovet. De qua *Card.* 7.Aph.95. hæc tradit: item & *Aratus* ex Plinii sententia cap.29.lib.18. Aquilæ exortus, si in Interlunium aut plenilunium incidat, omnes præcoces & vernos fructus lædi necesse est. Et 7.Aphor.97. Si Aquila exoriente vesperi plenilunium incidat, oleas & vites florentes tum maximè fructibus non modò privat, sed etiam in posterum minùs fœcundas reddit. *Stadius* cap.7. exortum Aquilæ vespertinum ad 2. Junii in suo horizonte applicat, dicitque si in plenilunium cadat, & olei & vini sterilitatem utroque tum florente portendere. Atque hæc est causa, quare plebei ex die *Vrbani*, 25. nempe Maji, de vindemia judicent hoc modo:

Wann S. Vrban hat Sonnenschein/
Sol wachs'n desselben Jahrs viel Wein.

Et Ptol. Aquila exoritur: aëris tempestas, & flat Favonius. Hunc ortum acronychum Aquilæ, *Ovidius* etiam 6 Fastor. his verbis testatur:

——— *Si quærimus astra,*
Tunc oritur magni præpes adunca Jovis.

19 27 XXXI. Maji *Pes dexter Ophiuchi* cum 19.grad. 22.min. ♐ manè occidit, naturæ ♄ P.♀.

JUNIUS.

Iunius & gaudet gelidis, & pascitur herbis:
Vivifico humori tunc inimica fuge.
Lætitia & recreet tunc mentem blanda voluptas;
Affligat corpus, nec Medicina tuum.

20 24 I. Junii cosmicè emergit *pectus Cete Boreal.* cum 20.grad.22.m. II, naturæ ♄. Eodem etiam die *manubrium sinistræ manus* ♐ cosmicè occultatur cum 20.grad. 18.min. ♐, naturæ ♃ ♂.

21 21 II. Junii.

III.Ju-

⊙ II
G. M.

JUNIUS.

III. Junii *Arcturus* occidit coſmicè,hoc eſt, mane, quando Sol è regione oritur cum 22.grad.21.min.II. De quo *Ptol.* ad ultimum diem Junii ita loquitur: Arcturus occidit mane, & aëris eſt intemperies & Favonius ſpirat. Tempeſtuoſa enim eſt ſtella, quæ evidentis aëris mutationes oriens & occidens affert. Hunc occaſum *Ovid.* hoc diſticho monſtrat ad 6. ſeu 7. Iduum Iunii:

Tertia poſt Nonas removere Lycaona Phœbe
Fertur, & à tergo non habet Vrſa metum.

Eodem etiam die veſperi oritur *collum Aquilæ*, de natura ♂ ♃, cum 22. grad.26.min.II. Item manè occidit *Dextrum crus bootis* cum 22. grad.10.min.II, naturæ ♂ ♄.

IV. Junii *venter & præcedens latus in Rhomboide boreali Delphini* 23 15
veſperi oriuntur cum 23.grad.30.min.♒, quæ ſtellæ aërem nubibus & nebulis obſcurant cum calore immenſo, cùm ſint Saturninæ & Martiæ. Etſi Delphinus cum Saturno aut Marte veſperi o-

Aph. riantur 4 & 5 Junii, inundationes continuas, nocivas & pernicioſas prædic. *Sattl.* ax.7. & ſeq.8, ſi in menſe Junio Saturnus reſpexerit Delphinum orientem, & ad ſeptimum vel octavum incidat aſpectus Lunæ ad Saturnum, Luna maximè plena, prędicere ſubfrigidum tempus non erubeſces. Eodem etiam die *ſiniſtrum genu ophiuchi* coſmicè occidit cum 22.grad.51.min II. naturæ ♄ P. ♀. Itē *Plejades* heliacè ortæ apparent, & æſtatis initium eſt, Ovidio teſte Faſt. ad 3. Iduum Maji:

Plejades aſpicies omnes, totumq́, ſororum
Agmen, ubi ante Idus nox erit una ſuper
Tunc mihi non dubiis autoribus incipit æſtas.
Et tepidi finem tempora veris habent.

V Junii ferè cum 23.grad.57.min.II, manè exoritur *cornu auſtrale extremum* ♉, natura ♂. Item cum 24.grad. 13.min. II, ve- 24 12
ſperi occidit *Boreale cornu* ♉, ſeu *Dexter talus aurigæ*, de natura ♂ P. ☿. Item *ſequens latus auſtrale & caput Delphini* cum 24. grad. ♒, veſperi oriuntur, variumque & nebuloſum cœlum producunt Quādo verò Mars oritur cum Delphino, efficit corruſcationes creber-

Aph. rimas, maxime ſi habeat calculum Jovis. Eodem etiam die cum 24.grad.12.min.II, veſperi deſcendit cum ſole *ſiniſter talus aurigæ*, naturæ ♂ ☿ ♃. Item *Dextrum genu ophiuchi* coſmicè deſcendit cum 24.grad.18.min.♒, naturæ ♄ P.♀.

VI. Jun.

☉ ♊
G. M.

JUNIUS.

25 9 VI. Junii *sinistra manus ophiuchi* manè occidit cum 25. grad. 3. min. ♐, naturæ ♄ P. ♀. Eodem etiam die cum 25. grad. 36. min. ♐, *sagittarii arcus borealis* vesperi exoritur, naturæ ♃ ♂. Item cum 24. grad. 54. min. ♐, *sin. manus austr. ophiuchi* cosmicè descendit, naturæ ♄ P. ♀.

26 7 VII. Jun. *Lucidus pes* ♊ vesp. occidit cum 26. grad. ♊, naturæ ☿ ♀ auramque humidam sentimus. Eodem die etiam cum 26. grad. 6 min. ♊ vesperi occidit *Propus*, naturæ ☿ P. ♀. Qui occasus dubias admodum aëris constitutiones afferunt. Eodem etiam die acronycè oritur *cauda Delphini*, stella ♄ & ♂, cum 26. gra. 2. min. ♊, aërem corrumpit, & calorem immensum excitat.

27 4 VIII. Junii dies est Medardi, ex quo vel pluvioso vel sereno plebei de messe judicant. Pluviosus enim pluviam: serenus serenam messem pollicetur. Et licèt judicium hoc non semper cum eventu exactè respondeat, rarò tamen prorsus aberrat. Hinc Germani dicunt:

Wann Medardus ist mit Regen/
So regnets etlich tag allwegen.

Oritur etiam hoc die manè cum 27. grad. 14. min. ♊, *Propus*, de natura ☿ P. ♀.

28 1 IX. Junii occidit vesperi cum 27. grad. 52. min. ♊, *præcedens pes* ♊ *prior*, de natura ☿ P. ♀, & dubiam aëris constitutionem affert. Eodem etiam die manè occidit cum 28. grad. ♐, *Lucida colli serpentis ophiuchi*, naturæ ♄ ♂.

28 58 X. Junii ferè *Axilla* ♐ cum 29. grad. 18. min. ♐ manè occidit, naturæ ♃ ♄ & serenitatem promittit. Eodem etiam die cum 29 grad. 49. min. ♐, *sagittarii arcus australis* manè occidit, naturæ ♃ ♂, austerque flat.

29 55 XI. Junii *Procyon* seu *Canis minor* cum 29. grad. 50. min. ♊, acronycè occidit, naturæ ☿ ♂. De quo *Card.* 7. aph. 96. Procyonis occasum, qui quatriduo fermè extenditur ad florentem messem; si occupaverit plenilunium, fruges omnes lædi necesse est. Et *Stad.* cap. 7. errant. stell. Procyonis occasus vespertinus si interlunio eveniat, florenti oleæ & viti injuriam ex uredine adfert. Eodem etiam die cum 29. grad. 50. min. ♊, mane oritur *præcedens pes* ♊ prior, naturæ ☿ P. ♀. & dubiam aëris constitutionem affert. Item vesperi occidit cum 29. grad. 58. min. ♊, *calx* ♊, ejusdem naturæ.

XII. Iunii

JUNIUS.

XII. Junii Sol ingreditur cancrum; Estque solstitium, & tum *Plin.* cap. 25. lib. 16. floret vitis & quæ paulo serius incipit olea. De
Aph. ingressu Solis in ♋ *Pit atus* ita scribit: cum Sol tropicum intrat signum, si ♀ tunc de humido lunam aspexerit in humido, pluviæ erunt multæ. Si tunc Luna non est in humido, sed ♀ tantum, temperat. Hoc etiam die manè occidit cum 0 grad. 26. min. ♑, *Jaculum* ♐, stella Martialis & Lunaris, & pluvias minatur. Oriuntur etiam vesperi cum 1. gr ♑, *Latus dextrum & Genu Antinoi*, ♂ ♃ natura.

XIII. Junii *calx* ♊ manè oritur cum 1. grad. 51. min. ♋, naturæ ☿ P. ♀ occidit manè *sinistrum femur* ♐ cum 1. grad. 27. min. ♑. naturæ ♄ ♃. Eodem etiam die ♐ *arcus Borealis* manè occidit cum 1. grad. 50. min. ♑, naturæ ♃ ♂, & flat auster.

XIV. Junii *caput* ♊ *præcedens* manè oritur cum 2. grad. 38. min. ♋, de natura ♂ & ☿, ventosque movet occidentales. Et quan-
Aph. do Mars capita ♊ respicit, prædic sub eorum ortum tempus pluviis refertum. Eodem etiam die *Boreale sinistrum genu* ♊ *præcedens* cum 2 grad. 37. min. ♋ manè emergit, naturæ ♄. Item vesperi Oritur cum 2. grad. 59. min, ♑, *sinistra manus Antinoi*; naturæ ♂ ♃.

XV. Junii *sinister Humerus* ♐ cosmicè descendit cum 3. grad. 31. min. ♑, naturæ ♃ ♂.

XVI. Junii *Sagittarii arcus australis* cum 4. grad. 23. min. ♑, vesperi exoritur, naturæ ♃ ♂.

XVII. Junii.

XVIII. Jun. oritur manè *Nebulosa capitis Orionis* cum 6. grad. 29.
Aph. min. ♋, naturæ ♃ ♄. Et quod si Jupiter soli, aut Mars Jovi permiscebitur orione exoriente, ejus syderis vehementia tempestatem sub ortum syrii dabit, Aquilo prodromus difflabit aëris corruptionem, Etesiæ egelidi & sicci perflabunt & Autumnus salubris erit. Jovis & Mercurii commixtio eadem promittit. Eadem etiam die *Nebulosa* ♐ manè occidit cum 6. grad. 48. min. ♑, naturæ ☉ ♂, aërque turbidus & nubilosus. Item manè oritur *Ultima clypei orionis* cum 6 grad. 51. min. ♋, naturæ ♃ ♄. Item *Sagittarii cuspis sagittæ* vesperi oritur cum 6. grad. 10. min. ♑, naturæ ♂ ☽, pluvias minans. *Satl.* Eodem etiam die vesperi oritur *sagittarii caput præcedens* cum 6. grad. 9. min. ♑, naturæ ☉ ♂.

XIX. Junii *Humerus sinister Orionis* manè oritur cum 7. grad. 8. min.

⊙ ♋
G. M

JUNIUS.

min. ♋, stella de natura ♂ & ☿, de qua ad 15. Cal. Julii ita scribit *Ptol.* Favonius cum austro spirat, orionis humerus apparet. Eodem die *sinistrum genu ♊ sequens*, de natura ♄, vesperi descendit cum 7. grad. 9 min. ♋.

8 29 XX. Junii *Nebulosa ♐* cum 8. grad. 4. min. ♑, vesperi oritur, existente sole in 8. grad. 4. min. ♋, naturæ ⊙ ♂, nebulasque producit. Eodẽ quoq; die vesperi descendit *Boreale sinistrũ genu ♊.* præcedens cũ 8. grad. 31. min. ♋, naturæ ♄. Item *media ♐ Capitis* oritur vesperi cum 8. grad. 49. min. ♑, naturæ ⊙ ♂. Eodẽ quoque die heliacè oritur *Aldebaran tauri*, cùm Sol 8. grad. 17. min. ♋, obtinet.

9 26 XXI. Junii *Ultima ♐ capitis* vesperi oritur cum 9 grad. 14. min. ♑, naturæ ⊙ ♂. Eodem etiam die cum 9 grad. & 54. min. ♑, vesperi exoritur *Manubrium sinistra manus ♐*, naturæ ♃ ♂.

10 23 XXII. Junii *Hyades* heliacè oriuntur cum Sol 10. grad. 28. min. ♋, occupat. De quo ortu *Ovid. 6.* Fast. ad 4. Non. Junii hæc proponit:

> *Postera lux hyadas taurina cornua frontis*
> *Evocat: & multa terra madescit aqua.*

11 20 XXIII. Junii oritur manè cum 11 grad. 45. min. ♋, *sequens caput ♊*, de natura ♂ & ☿, ventosque occidentales creat. Et si Mars respiciat hanc stellam, prædic sub ejus ortu tempus pluviis refertum. Item manè oritur *Lucidus ♊ pes* cum 11. grad. 36. min. ♋, ☿ P. ♀ natura & idem designat. Eodem etiam die occidit vesperi *cor hydræ* cum 11. grad. 58. min. ♋, ♄ ♀ naturæ, nubibusque cœlum obducit cum pluvia quadam. Item *scheat Pegasi* vesperi oritur cum 11 grad. 54. min. ♑. naturæ ♂ ♃ ☿, & etiam pluvias minatur. Et si Mars cum hac stella oritur, corruscationes efficit. Item vesperi oritur cauda ♏ cum 11 grad. 40. min. ♑, naturæ ☿ ♂. Item vesperi oritur cum 11 grad. 30 min. ♑, *Jaculum ♐*, naturæ ♃ ♂. Item eadem die manè occidit *Sagittarii caput præcedens* cum 11 grad 19. min. ♑, naturæ ⊙ ♂. Item manè occidit *sagittarii cap. media* cum 11 grad. 51. min. ♑, naturæ ⊙ ♂. Aph. Aph.

12 17 XXIV. Junii oritur manè cum 12 grad. 9. min. ♋ *Humerus dexter orionis*, naturæ ♂ ☿, pluviasq; minatur. Et si coincidat aspectus ♂ & ♀, largissimæ pluviæ sequuntur. Eodem quoque die cum 12 grad. 27. min. ♋, sinistrum genu ♊ sequens manè oritur, naturæ ♄.

XXV. Junii

☉♋

JUNIUS.

XXV. Junii occidit manè cum 13.grad. 12.min.♑, *Ultima* ♐ 13 14
capitis, naturæ ☉♂. Eodem etiam die cum 13.grad. 13.min. ♑, vesperi oritur *finister Humerus* ♐ natura ♃ ♂.

XXVI. Junii oritur ferè cum 13.grad.54.min.♋, *Prima Baltei Orionis* ♃ ♄ natura, Estque criticus dies. Namque si pluvia hoc 14 12
die ceciderit, fieri sæpè solet, ut duret 4 hebdomadas. Et de ortu Orionis in hunc modum loquitur *Stadius* cap.7.stell.fix. si Jupiter
Aph. soli, aut ♂ Jovi permiscebitur orione exoriente, ejus syderis vehementia tempestatem sub ortum sirii dabit. Aquilo prodromus difflabit aëris corruptionem. Etesiæ egelidi & sicci perflabunt, & autumnus salubris erit. Jovis ac Mercurii commixtio eadem promittit.

Idem ferè sentit *Cardanus* in cōmentario super textum 57 libr. 2.quad. *Ptol.* ubi dicit: cùm Orion exoritur flat Aquilo. *Ptol.* verò ad 14. & 13. Calendas Iulii hęc monet: Orion exoritur matutino, Auster & Favonius flant, pluit & tonat.

XXVII. Iunii Mars conjunctus pręced.cap.II, in 15.grad.20. 15 9
min.♋, turbatur aër à ventis.

XXVIII. Iunii *media Balthei Orionis* manè oritur cum 16. grad. 16 6
Aph 10.min.♋, naturæ ♃ & ♄. Eodem ferè die cum 15.grad.47.m ♑, vesperi oritur *os Pegasi*, naturę ♂ ♃ ♀.

XXIX. Iunii *nebul. sequens aculeum* ♏, de natura ♂ ☽, vesperi oritur, cum 17.grad. 25.min.♑. 17 3

XXX. Iunii *ultima Balthei Orionis* manè oritur cum 18.grad.4.mi. 18 0
♋, ♃ ♄ natura. Mars secundum longitudinem cum sequenti cap.II in 18.grad. 22.min.♋, impetuosus est, & turbatur aër à ventis. Eodem fermè die cum 17. grad. 35.minut.♑
Aph *Boreale cornu Capricorni*, vesperi oritur, naturę ♀. P. ♂.

⊙♋
G. M

IULIUS SIVE QVINTILIS.

Aëris ignifluos intendit Julius æstus;
Hoc brevior somno tempore danda quies.
Balnea vitentur: nec venam tangere ferro,
Nec Domina petulans accubuisse velis.

18. 57 I. Julii ferè cum 18.grad.48.min. ♋ manè exoritur *Rigel seu sinister pes Orionis*, ♃ ♄ natura, & tranquillum ac serenum aëris statum designat. Eodem quoque die manè occidit *Lucida Corona*, cum 19.grad.♑, naturæ ♀ ☿, & flat juxta *Ptolomæum* ad Nonas Julii Auster.

19 55 II. Julii cum 19.grad. & 19min. ♋, occidit *præcedens hœdus auriga* vesperi, ♂ & ♀ natura, ac minatur tonitrua & tempestates.

Et Mars occidens cum hœdis excitat immensum calorem, qui postea in pluviam & tonitrua vertitur. Occidit etiam manè cum 19.grad.17.min.♑, *Brachium dextrum Herculis*; de natura ☿. Aph.

20 51 III. Julii *sequens hœdus auriga*, de natura ♂ ♀, cum 20.grad.32 m. ♋, vesperi cum Sole descendit, & tonitrua promittit. Eodem etiam die *Axilla* ♐ cum 20.grad.18.min.♑, vesperi oritur, de natura ♃. ♄.

Oritur etiam vesperi cum 21.1.min.♑, *inferius cornu Capricorni*, naturæ ♀ P. ♂. Item *dextrum genu Ophiuchi* cosmicè descendit cũ 20.grad.57.min.♑, naturæ ♄.P.♀. ut & *inferior dextri humeri Ophiuchi* cum 20.grad.40.min.♑, cosmicè seu manè occidit, naturæ ♄ P ♀.

21 49 IV. Julii vesperi oritur cum 21.grad.47.min.♑, *sinister pes Andromeda*, naturæ ♀. Eodem etiam die *Lucida sinistra manus* ♒ cum 21 grad.51.min.♑, vesperi oritur, naturæ ♄ ☿.

22 46 V. Julii *Radix cauda* ♋, de natura ♄, vesperi occultatur cum 22. grad.15.min.♋.

Eodem etiam die manè eminet cum 23.grad.4.min.♋ *brachium* ♋ *boreale*, naturæ ♄ ♀, & pluviæ designantur. *Satl.* Et quando Sol 22.gradum & 6 minutas Cancri occupaverit, *Cor Leonis* heliacè occidit.

VI. Julii

JULIUS. ☉ ♋ G. M.

VI. Julii *dexter humerus Herculis* cum 23.gr.54.m. ♑, manè occi- 23 43
Aph. dit, naturæ ☿. Et si attestetur ☿ venti, mixtis pluviis expectandi.
VII. Julii *caput Herculis* manè occidit cum 24.grad. 9.min. ♑, 24 40
naturæ ☿ ♂. & efficit tonitrua; ac Ethesiarum prodromi flant.
IIX. Julii. 25 37
IX. Julii *dextrum genu Orionis* cum 26.grad.23.min. ♋, manè ex- 26 35
oritur, de natura ♃ ♄. id est, Orion totus emergit, Auster flat.
Eodem etiam die cum 26.gr. 40.min. ♑ cosmicè seu manè oc-
cidit *caput Ophiuchi*, de natura ♄ P. ♀. ventos & pluvias spondet, &
aliquando tonitrua, si Mars adfuerit: aliàs si signum siccum suum
Aph. testimonium perhibuerit, maximum calorem procreat.
X. Julii vesperi cum 27. gradu. ♑. oriuntur vespertino *ne-* 27 32
bul. in fronte & praeced. rictus ♑, pluviæ simul & caligo, quia sunt de
natura ♂ & ☿.
XI. Julii *Radix* ♋ manè exoritur cum 28.grad. 43.min. ♋, de 28 29
natura ♄. Item *nebul. in fronte* ♑ cum 28. grad. 33.min. ♑, manè
Aph. occidit, naturæ ♂ ☿.
XII. Jul. *Brah. canc. aust.* cũ 29.g.33. ♋ acron. occ. n. ♄ ☿ pluvias- 29 26
que minatur. Eodẽ die *caput Andromedæ* seu *umbilicus Pegasi*, stella de
natura ♀ & ♃; vesperi cum 29.grad.12.min. ♑, grataque aëris tẽ-
peries causatur. Item *humerus sinister Bootis* manè occidit cum 29.
grad.26.min. ♑, naturæ ♂ ♄.
XIII. Julii Sol ingreditur Leonem. Corus spirat. Oritur etiam ♌ 24
manè cum 0.grad. ♌, *Asellus boreus*, naturæ ♂ ☉. evidentemque ad
Aph. pluvias significationem exhibet. Et si Mars cum eadem oriatur,
tonitrua addit. Si verò signum tonitruosum & calidum adest, æ-
stus, pluvias cum fulmine, fulgure & tonitru significat.
Eodem quoque die vesperi oritur cum nullo grad. 52.min. ♒
humerus sinister ♒, & frigidam auram cum ventis largitur.
Eodem etiam die *nebul. orient. rictus* ♑ cum nullo grad, 1.min. ♒
vesp. oritur, ut & manè occidit cum 0.gr.56.m. ♒, naturæ ♄. P. ♀.
Item heliacè oritur, quando Sol est in nullo gradu 1.min. ♌,
humerus dexter Orionis.
XIV. Julii *Pectus* ♋ seu *præsepe* manè oritur cum 1.grad.50.m. 1 21
♌, ♂ ☽ natura. facit pluviosum tempus teste Marte, Saturno aut
Venere. Eodem etiam die *Lucida colli Pegasi* vesperi exoritur cũ
1.grad.14.min. ♒, naturæ ♂ ♃ ♀.

☉ ♌
G. M

JULIUS.

Item vesperi oritur cum 1. grad. 39. min. ♒ *finistra manus* ♒ *orient.* naturæ ♄ ☿. Item manè occidit *præcedens rictus* ♑ cum 1. grad. 36. min. ♒, naturæ ♄ P. ♀.

Eodem etiam die vesperi oritur cum 1. grad. 37. minut. ♒ *cingulum Andromedæ*, naturæ ♀.

2 18 XV. Julii Luna per præsepe & asellum austrinum in 2. & 3 grad. ♌, affert serenitatem in æstate. *Herlic.* Aph.

XVI. Julii *Asellus austrinus* manè oritur cum 3. grad. 51. min. ♌,
3 16 ♂ ☉ natura, pluviasque notat. Et quando Sol vel Mars secundũ longitudinem cum asello austrino in 3. gradu. 47. min. ♌, æstum intendit. Aph.

Eodem etiam die oritur *Procyon* æstuosus cum 3. grad. 38. min. ♌: ☿ ♂ natura. Et *Ptolomæus* ad Idus Julii Etesiæ invalescunt. Ac *Aratus* in suis phænomenis inquit: hoc sidus apud Romanos non habet nomen, nisi canicula, quam volumus intelligere minorem Canem, ut in astris pingitur, ad æstum maximè pertinens.

Item hoc die *venter leporis* naturæ ♄ ☿ manè oritur cum 3. grad. 40. min. ♌. Item vesperi occidit *sequens caput* ♊, ♂ natura, cum 3. grad. 7. min. ♌, ventosq; occidẽtales producit: imprimis verò si attestetur Mercurius, aut Mars, Jupiter & Sol, procellas efficit. Aph.

Eodem etiam die manè occidit cum 3. grad. 37. min. ♒ *inferius cornu* ♑ naturæ ♀ P ♂. Item *prima ala Pegasi* vesperi oritur cum 3. grad. 6. min. ♒, naturæ ♂ ♃ ☿. Item *cervix australis* ♑ acronycè oritur, hoc est, vesperi cum 3. grad. 8. min. ♒, naturæ ♂ ☿.

4 13 XVII. Julii *asellus austrinus* cum 3. grad. 51. min. ♌, vesperi occidit, ♂ ☉ natura, pluvias & obscurum cœlum notat.

Eodem etiam die manè occidit cum 4. grad. 37. min. ♒ *Boreale cornu* ♑ naturæ ♀ P. ♂.

Item hoc ferè die cum 4. grad. 47. m. ♌, vesperi occidit *ungula pedis Leonis* naturæ ♂. P. ☿.

5 10 XVIII. Julii *pectus* ♋ occidit vesperi cum 5. grad. 10. minut. ♌, ♂ ☽ natura, pluviasque minatur & obscurum cœlum. Et cum Mars aspexerit occidens præsepe, efficit ventos & pluvias. Aph.

Eodem etiam die manè occidit cum 5. grad. ♒, *finister humerus Herculis*, naturæ ☿, qui occasus ventos excitat. Item hoc die *Humerus dexter* ♒ vesperi oritur cum 5. grad. 5. minut. ♒ naturæ ♄ ☿

XIX.

☉ G.

JULIUS.

XIX. Julii.

XX. Julii *rostrum corvi* vesperi occidit cum 5 grad. 38.min. ♌, 6
naturæ ♄ ♂, auramque turbidam, crassam & morbosam profert. 7

Eodem die *Hiatus* seu *os* ♌ manè cum 7.grad.35.min.♌, emergit, naturæ ♄ ♂.

Aph. Item *latus dextrum Antinoi* cosmicè occidit cum 6.grad 56.min.♒ naturæ ♂ ♃.

Aph. XXI. Julii cum 8.grad.14.min. ♌, vesperi occidit *caput præcedens* ♊, ♂ ☿ natura, ventosque occidentales creat. 8
Aph. Et cùm Mars capita ♊ occidentia aspexerit, tunc metue grandines & pluvias. *Stadius* ax. 15.

XXII. Iulii.

XXIII. Iulii *Dorsum antecedens* ♑, manè occidit cum 9.grad.31.m 9
♒, naturæ ♂ ☿. 9

XXIV. Iulii cum 10.grad. 18,min.♌, occidit vesperi *Asellus Boreus*. ♂ ☉ natura: quo tempore Etesiarum prodromi Aquilones spirare solent. 10
Card. 7.aph. 10.ex Plinii sententia lib. 2.cap.47.hęc refert: Caniculæ exortum octo diebus antecedunt prodromi Aquilones: succedunt autem illis post dies duos Etesiæ 40. diebus quibus Caniculæ vis etiam fermè perdurat. Aph. *Stad.* cap. 7 idem ex sua experientia confirmat. Dicit enim, verum est octo ferè diebus Aquilonem prodromum ante Canis ortum aliquot præteritis annis spirasse. Eodem etiam die *dorsum antecedens* ♑ vesperi oritur cum 10 grad.39.min.♒, naturæ ♂ ☿.

XXV. Iulii *brachium* ♋ *australe* manè cum 12.grad. 3.min. ♌, 11 5
oritur, naturæ ♄ ☿.

Item eodem die *dorsum sequens* ♑ manè occidit cum 12.gradu 1.min.♒, naturę ♂ ☿. Item cum 11.grad.32.min.♒ vesperi exoritur *pectus Gallinæ*, naturæ ♀ ☿.

XXVI. Iulii *Syrius* manè oritur cum 12.grad.34.min.♌, naturæ 12 5
♃ ♂. De quo Cardanus 7.aph.94: Canicula exoriēs maria ac terras, & animantium omne fermè genus concutit. Aph. Et 7.aph.72. Vix fieri potest, ut sub exortu Caniculæ siccitas & morbi non vigeant. Aph. Item *Stadius* cap.7. Sirii ortu matutino maria fervent, fluctuant in cellis vina, (quod etiam Procyonis occasu heliaco apud nos fieri suprà ad 21 Maji monuimus) moventur stagna, canes in rabiem aguntur, sideratione pisces aliquot corripiuntur.

Addit

☉ ♌ G. M

JULIUS.

Addit & hoc *Stadius* in eodem capite: ſinum ardentem irritat ♂ commixtus, ♃ mitigat, ♀ remittit, ſi Soli ſinguli permiſceantur. Quòd ſi ſimul confuſis radiis ſe circumfundant, æſtum accendet, ita ut ſi quam pluviam tunc deſcenſuram prædixeris, caſu lapſuram rectè dixeris cum Ariſtotele. *Diaphanes* ſcribit: ſi exoriente cum Sole Sirio, Luna Arietem permeabit, præſignificari ſcias pluvioſam tempeſtatem, ſi ♉ procelloſam, ſi ♊ peſtilitatem, ſi ♋ ſiccitatem, ſi ♌ æſtum urentem, ſi ♍ imbrium frequentiam & mulierum abortus, ſi ♎ intemperiem ſiccam, ſi ♏ peſtilentiam, ſi ♐ & ♑ pluvioſam tempeſtatem, ſi ♒ ſiccam & morboſam, ſi ♓ largam pluviam per annum ſequentem. Iſta an ſint vera nondum exactè mihi explorata eſſe cum *Stadio* meritò affirmo. Securius verò videtur præſagium ex variis commixtionum cauſis petitum Syrius exoriens calorem ingentem facit. *Sat.* Et *Aratus* in ſuis phænomenis inquit: Syrio exoriente Avem Param ipſo die non apparere & donec occidat. Fulminat Mars, quando in æſtate oritur cum Syrio, & intenſum calorem excitat, maximè ſi habeat calculum Jovis, & coruſcationos addit creberrimas cum Jove.

Eodem etiam die veſperi occultatur cum 13. grad. 8. min. ♌, *Cervix corvi*, naturæ ♄ ♂, & magnam aëris inconſtantiam adducit cum fulgure & tonitru.

Item *Lucida ſiniſt. manus* ♒ cum 12. grad. 23. min. ♒ manè occidit, naturæ ♄ ☿.

13 47 XXVII. Julii cum 14. grad. 8. min. ♒ manè occidit *cauda Aquilæ*, ♂ ♃ natura.

Eodem etiam die veſperi oritur cum 13. grad. 13. min. ♒, *cubitus dexter* ♒, ♄ ☿ naturæ. Eodem etiam die *ſiniſtra manus Antinoi* manè occidit cum 13. grad. 13. min. ♒, naturæ ♂ ♃.

14 45 XXVIII. Julii *ſuprema cervicis ♌ Borealis* manè oritur cum 14. grad. 58. min. ♌, naturæ ♄ P. ☿. Item *cauda ♑ ſequens* veſperi oritur cum 14. grad. 52. min. ♒, naturæ ♄ ♃.

Eodem etiam die coſmicè deſcendit cum 14. grad. 44. min. ♒, *ſiniſtra manus ♒ orientalis*, naturæ ♄ ☿.

15 42 XXIX. Julii *cauda ♑ præcedens* manè occidit cum 15. grad. 31. m. ♒, naturæ ♄ ♃.

16 40 XXX. Julii *dorſum ſequens ♑*. cum 16. grad. 20. min. ♒, veſperi exoritur, naturæ ♂ ☿.

Eodem

JULIUS.

Eodem etiam die manè occidit *collum Aquilæ*, naturæ ♂ ♃. cum 16.grad. 32.min. ♒, flat Africus. Arentes sunt æstus.

XXXI.Julii *Aquila* occidit cosmice cum 17. grad. 4.min. ♒, existente Sole in 17.grad.4.min. ♌, & *Ptolomæo* ad eundem die & principium Augusti flat Affricus, est aër turbidus, arentesque sunt æstus. *Cardanus* scribit 7.aph.84.Aquila occidens manè Etesios ventos suscitat, qui *Ptol.* ad 12.Calen.August.per viginti duos flant dies.

Eodem etiam die vesperi occidit cum 19. grad. 23. minu. ♌, *humerus dexter Centauri*, naturæ ♀.☿.

Item manè occidit *cauda sequens* ♑, naturæ ♄ ♃, cum 17. grad. 58.minut. ♒.

AUGUSTUS, SIVE SEXTILIS.

Ipse etiam Augustus somnum restringit & escas,
Et Veneris cupidos gaudia ferre vetat.
Pharmaca nemo bibat: laceret neque corpora ferro:
Nec gelidas intra delicietur aquas.

I.Augusti *dextrum genu* ♌ cum 18. grad.43. min. ♌, cosmicè, hoc est, manè Sole oriente, emergit, naturæ ♀ P.☿.

Eodem etiam die *Procyon* seu *Canis minor* heliacè oritur, quando Sol 18.grad 47.min. ♌, occupat.

II.Augusti *cervix* ♌ media cum 19. grad. 51. min. ♌ manè oritur, naturæ ♄ ☿, nubilosumque cœlum reddit. Item *dextrum genu* ♌ vesperi descendit cum 19.grad. 29.min. ♌, naturæ ♀ P.☿.

III. Augusti *infima australis cervicis* ♌ manè oritur cum 20. grad. ♌, nubilosumque cœlum reddit, naturæ ♄ ♀.

Eodem etiam die *caput Medusæ* seu *Algol*, de natura ♄ ♀ ♃ vesperi oritur cum 20 .grad.3.min. ♒, serenitasq; expectanda, ma-

⊙ ♌
G M

AUGUSTUS.

ximè verò si signum calidum testimonium perhibuerit, si verò aquosum, portendit pluviam, & in hyeme nivem. Aph.

Eodem etiam die *ungula pedis* ♌ cum 20. grad. 53. min. ♌, manè oritur, naturæ ♀. P. ☿.

21 25 IV. August. *cotyla seu urna* ♒ cum 21. grad. 55. min. ♒ vesperi superius hæmisphærium aspicit, naturæ ♀ P. ♄.

22 26 V. August. *caduceator reguli* cosmicè exoritur cum 22. grad. 14. m ♌, naturæ ♂ ♃.

Eodem etiam die *effusio aquæ* ♒ *prima* cum 22. grad 49. min. ♒ vesperi oritur, naturæ ♄ P. ♃ canicularis æstus.

23 23 VI. Augusti *caduceator Reguli* cum 23. grad. ♌, vesperi occultatur. Item manè occidit *Herculis stella præcedens in femore sinistro* cũ 23 grad. 58. min. ♒, naturæ ☿. & ventorum occidentalium causa est. Eodem etiam die *cauda* ♑ *præcedens* vesperi oritur cum 23. grad. 43. min. ♒, naturæ ♄ ♃. Item cum 23. grad. 35. min. ♒, *sinistra clunis* ♒ manè occidit, naturæ ☿ P. ♄.

24 1 VII. Augusti occidit manè cum 24. grad. 36. min. ♒, *Humerus sinister* ♒, naturæ ♄ ☿, Etesiæ valente spirant.

25 19 VIII. August. *regulus* seu *cor* ♌ manè oritur, cum 25. grad. 3. m. ♌, ♂ ♃ natura. cujus exortu aquilonem egelidum flare *Ptolemæus* scribit ad 4. Calendas Augusti: hoc tempore venæ sectio, ut & scarificatio periculosa est.

26 17 IX. August. occidit vesperi *Cor* ♌ cum 26. grad. 43. min. ♌. De quo *Card.* 7. aph. 94 scribit: cùm occidit cor ♌, Favonii insurgunt, & serenitas expectanda.

Eodem quoque die *brachium cancri Boreale* vesperi descendit cũ 26. grad. 50. min. ♌, naturæ ♄ ♂ pluviasque designat.

27 15 X. Aug. *cauda Delphini* manè occidit cum 27. gr. 10. min. ♒, naturę ♄ ♂. Eodem ferè die cum 26. grad. 56. min. ♒, *occiput* ♓ *australe* vesperi oritur, naturę ☿ P. ♄. Item *ala dextra Corvi* seu *Algorab* cum 27. grad. 11. min. ♌, vesperi occidit, naturæ ♄ ♂, nubesque & pluvias nocturnas producit. Obsev. mea.

Eodem etiam die vesperi oritur cum 27. grad. 5. min. ♒, *sinistrũ femur* ♐, naturæ ♄ ♃. Item *Syrius seu Canis major* heliacè oritur, Sole existente in 27. grad. 1. min. ♌, qui initium præbet anni Græcorum.

De quo ortu *Cicero* circa finem libri 1. de Divinat. ex Heraclide Pontio

AUGUSTUS.

Aph. Pontio recitat : Cęos ortum Caniculæ diligenter quotannis servare conjecturamque capere solitos. Quòd si apparuerit obscurior, quasi caliginosa stella, pingui scilicet & concreto cœlo, tempus grave & pestilens futurum. Contrà si illustris & perlucida deprehendatur, purum tenueque significari cœlum, & propterea salubritatem aëris promitti.

XI. Aug. *Dorsum* ♌ manè oritur cum 28. grad. 31. min, ♌, unà cum pectore auram nonnihil frigidam & humidam proferre conatur ob stellas Saturninas & Venereas. Venus oriens cum dorso ♌ frigidas pluvias procreat, efficitque etiam hic ortus, teste ♂ aut ♄ tonitrua. *obs. mea.* 28

Aph.

XII. Augusti oritur vesperi cum 29. grad. 13. min. ♒, *extrema ala Pegasi*, naturæ ♂ ☿. Item *coma Berenices* cum 29. grad. 6. min. ♌, matutino emergit, naturæ ☽ ♀. Eodem etiam die manè occidit *sagitta orientalis*, de natura ♂ ♃, cum 28. grad. 53. min. ♒. Item *sinister clunis* ♒ vesperi oritur cum 29. grad. 11. min ♒. de natura ☿ P. ♄. 29

XIII. Augusti *australis dextra tibia* ♒, vel *Scheat*, cosmicè occidit cum o. grad. 35. min. ♓, naturæ ☿ P. ♄ & tonitrua ac corruscationes efficit. ♍

Eodem etiam die *cotyla seu urna* ♒, naturæ ☿ P, ♄ cosmicè, hoc est manè occultatur cum o. grad. 17. min. ♓. Item hoc die *dextrum femur* ♒ manè descendit cum nullo grad. 23. min. ♓, ejusdem naturæ.

XIV. August. occidit manè *venter Delphini* cum 1. grad. 11. min. ♓, naturæ ♄ ♂, cujus occasu, qui juxta *Ptol.* ferè ad eundem diem, cum Lepore non absque æstuoso & squallente calore contingit, autumnus incipit. *Ptol.* ad 16. Calend. Sept. *Stadius* cap. 7. ex *Plinii* lib. 18. cap. 31. refert: si Delphini occasu matutino imbres fuerint, non futuros exoriente Arcturo. 1

Aph.

Hoc spatium nostro seculo & Horizonte 38. dierum intervallum comprehendit: oritur enim Arcturus 17. Sept. Saturnus & Mars teste Delphino in mēse August. efficiunt tonitrua *Satl.* ax. 22

Aph.

XV. Augusti *sinistræ axilla* ♌ cum 1. grad. 51. min. ♍ manè oritur, naturæ ♄ ♀ P. ☿. Occidit etiam cosmicè, h. e. manè *os* vel *rostrū Cygni* cum 2. grad. 40. min. ♓, naturę ♀ ☿. Item *præcedens & sequens latus in Rhomboide bor. Delphini* manè occidit cum 2. grad. 8. min. & 21. ♓ naturæ ♄ ♂. 2

☉ ♍
G M

AUGUSTUS.

3 2 XVI. Augusti *sinistra axilla* ♌ cum 3. grad. 28. minut. ♍, acronycè seu vesperi, Sole descendente occultatur, naturæ ♄ ♀ P. ☿.

4 0 XVII. Augusti *Cor hydræ* manè oritur cum 4. grad. 24. minu. ♍, naturæ ♄ ♀, humidam promittit auram. Occidit etiam manè *caput Delphini* cum 4. grad. 10. min. ♓, naturæ ♄ ♂, mediocris æstus.

Eodem etiam die cum 3. grad. 41. min. ♓, *dextrum femur* ♒, vesperi oritur, de natura ☿ P. ♄.

4 58 XVIII. August. oritur manè cum 4. grad. 56. min. ♍, *ungula sinistri pedis posterioris Monocerotis* seu *unicornis*, naturæ ♄ ♃. Item *rictus* seu *os* ♌, cum 4. grad. 9 min. ♍; vesperi occultatur, naturæ ♄. ♂. Occidit etiam cosmicè cum 4. grad. 47. min. ♓. *Humerus dexter* ♒, nat ♄ ☿, pluviasq; & ventos non sine coruscatione profert.

5 56 XIX. Aug. *Profusio aquæ* ♒ *prima* cum 6. grad. 3. min. ♓, manè occidit, naturæ ♄ P. ♃.

6 55 XX. Augusti *infima australis cervicis* ♌ vesperi occidit cum 7. gr. 4. min. ♍ naturæ ♄ ♀. Item *Effusio* ♒ *sequent. austr.* manè occidit cum 6. grad 38. min. ♓, naturæ ♄ P. ♃.

Eodem etiam die manè occidit *cubitus dexter* ♒ cum 6. grad. 31. min. ♓, ♄ ☿ naturæ. Item *præced.* ♓ *in alvo anteced.* acronycè oritur cum 6. grad. 57. min. ♓, naturę ♃ ☿. Mars per dorsum ♌ Aph.
in 6. grad. 20 minut. ♍, naturæ ♄ ♀, significat aërem nubilosum, imbres & ventos, & pro conditione temporum tonitrua, fulmina, frequentesq; pluvias. Et si attestetur apertio portæ procreat tempestatem, & linguâ vernaculâ Zornmütig Wetter.

7 53 XXI. Augusti oritur vesperi cum 7. grad. 30. min. ♓ *apex trianguli*, naturę ☿. Item vesperi oritur cum 7. grad. 47. min. ♓ *effusio* ♒ *sequ. austr.* naturæ ♄ P ♃.

8 51 XXII. Aug. occidit manè cum 8. grad. 43. min. ♓, *os* seu *rictus Pegasi*, naturæ ♂ ♃ ♀. Mars oriens cum ore Pegasi tonitrua, plu- Aph.
vias, & fulgura spondet. Et *Ptol.* æstus mediocris.

Eodem etiam die *Cor* ♌ heliacè oritur, quando Sol 8. grad. 51 min. ♍ attingit.

9 49 XXIII. Augusti *humerus sinister Bootis* ♂ ♄. natura, cum 10. grad. 4. min. ♍ manè oritur, calores ingentes.

10 47 XXIV. Augusti *dies est Bartholomæi*, quem primum volunt esse sanctum autũnalem, cujus dies si clara sit, autumnum secuturum bonum opinantur agricolæ: observant etiam tum noctis præce-

den-

☉ ♍
G M

AVGVSTVS.

dentis ventum aucupes: unico enim spirante, felix esse aucupium existimant. *Stad.* cap. 7. stel. fi. aliquot exemplis probat, quod circa hæc tempora, circa finem sc Augusti, maximè sæviat Corus, vẽtus procellosus, turbidus, grandinosus, impetuosus, violentus, qui ædificia evertit, arbores sternit, & plaustra onerata percellit imprimis verò si à ♃ & ☿ cum Arcturo copula proritetur.

Aph. XXV. Aug. *cauda* ♌ cum 11. gr. 9. min. ♍, manè oritur, ♄ ♀. ☿ 11 46
natura, & tempestatum ac grandinum causa est, aliâs portendit frigus mediocre. Saturnus oriens cum cauda ♌, efficit pluvias & ventos.

Occidit etiam manè cum 11. grad. 47, min. ♓ *Fidicula*, naturæ ♀ ☿, quę suo occasu autumnum inchoat, aut annotat. Et *Ptol.* aquilo flat, & ventorum concursus fit. *Varro* scribit, quod si Fidiculæ occasu, quod est initium autumni, una pica consecretur inter vites, minùs nocere tempestates.

XXVI. Aug. *sequens* ♓ *in alvo antec.* cum 12. grad. 14. min. ♓ acronycè oritur h. e. vesperi, Sole è regione depresso, naturæ ♃ ☿. 12 44

XXVII. August. *poples posterior* cum 13. grad. 7. min. ♍ manè exoriente Sole, emergit, naturæ ♀ P. ☿. 13 42

Aph. XXVIII. August. *Tomahant* manè occidit cum 14. grad. 20. min. ♒, naturę ♀ ♀. 14 41

XXIX. Augusti *media in posteriore pede* ♌ seu *in Cubitu* cum 15. g. 38. min. ♍ vesperi occultatur, naturæ ☿ P. ♂. 15 39

Aph. XXX. August. Mars per caudam ♌ in 16. grad. 42 min. ♍, pluviosam & ventosam tempestatem minatur. 16 38

XXXI. August *media in post. pede* ♌, exoriente Sole, cum 17 grad. 18. min. ♍, emergit, naturæ ♀ P. ♂. 17 36

⊙ ♍
G M

SEPTEMBER.

Poma dat, & gratos September ab arbore fructus,
Tum etiam presso pascere lacte capræ.
Pharmaca nil prohibet tunc sumere, scindere venam.
Nec tuus externum vitet aroma cibus.

18 35 I. Septembris *Dies est Aegidii* & venatorum criticus cervi enim hoc die in Venerem merè incipiunt: quòd si tamen tardius in libidinem ferantur, tardioris hyemis signum præbent. De hoc die venatores judicant, ut si eodem non pluat, autumnus reliquus siccus sit, quod ipsum experientia non semper evenire comprobat.

Eodem quoque die *Lucida australis cauda Cete* manè cum 18. gr: 32. min. ♓, occidit, naturæ ♄, nebulasque producit.

Eodem etiam die *poples posterior* ♌, acronyctè occidit cum 18. grad. 19. min. ♍, naturæ ♀ P. ☿.

19 33 II. Septembris occidit manè cum 19. grad. 52. min. ♓, *occiput* ♓ *australe*, naturæ ☿ P. ♄.

Item manè occidit cum 19. grad. 50. min. ♓, *lucida colli Pegasi*, naturę ♂ ♃ ☿.

20 32 III. Septembris *cervix* ♌ *media* vesperi occidit cum 20. grad. 9. min. ♍, naturæ ♄ ☿.

Eodem etiam die manè occidit *præcedens* ♓ *in alvo anteced.* naturæ ♃ ☿ cum 20. grad. 31. min. ♓, austrinæ fiunt pluvię, aëris, ventorumque conturbationes, & maris tempestates.

21 30 IV. Septembris *Borealis cauda Cete* manè occidit cum 21. grad. 34. min. ♓, naturæ ♄ nebulasque producit.

22 29 V. Septembris *Extremitas alæ sinistræ* ♍ manè cum 22. grad. 3. m. ♍ oritur, naturæ ☿ ♂. Et quando Saturnus per hanc stellam transit, portendit subfrigidum tempus, pluviis & ventis mixtum. Aph.
Mercurius verò aërem vehementer agitat ventis.

23 28 VI. Septembris *sequens* ♓ *in alvo antec.* cum 23. grad. ♓, cosmicè occidit, hoc est, manè, Sole ex opposito oriente, de natura ♃ ☿.

Austrinæ

SEPTEMBER.

Austrinæ fiunt pluviæ, aëris ventorumq; conturbationes, & maris tempestates.

VII Septembris *extremitas alæ sinistræ* ♍, cum 24. gra. 9. min. ♍, vesperi occidit, naturæ ☿ ♂.

Eodē quoq; die *inferior ala Oloris* cum 24. grad. 22. min. ♓, manè occidit, naturæ ♀ ☿.

IIX S ptembris.

IX Septembris *Scheat* vel *crus* ♒, naturæ ☿ P. ♄ cum 26. grad. 31. mi...♓, acronyctè oritur.

X. Septemb. *prima ala Pegasi* seu *Marchab* vel *Scapula* manè occidit cum 27. grad. 32. min. ♓, naturæ ♂ ♃ ☿.

XI. Septembris *vindemiatrix* manè oritur cum 28. grad. ♍, naturæ ♄ ♀ ☿ & auram frigidam ac humidam profert. *Ptol.* ad 6. Cal. Septembris dicit; vindemiator emergit, auster & Favonius simul flant. Hujus stellæ ortus vindemię maturitatem promittit.

XII. Septembris *suprema cervicis* ♌ *bor.* occidit vesperi cum 29. grad. 28. min. ♍, naturæ ♄ P. ☿.

XIII Septembris Sol libram ingreditur. *Aequinoctium est*: unde regulariter autumnum ordimur. De æquinoctio autumnali. *Cardan.* 7. aphor. 103. ex sententia *Plinii* libr. 2. cap. 47. hoc statuit, quod in eo Corus flat ventus vehementissimus.

XIV Septembris exoritur manè cum Sole & 1. grad. 14. m. ♎, *sinistra tibia Bubulci* de natura ♂ ♄.

Eodem etiam die cum 11 grad. ♈ manè descendit *dorsum occidentale Ceti*, stella saturnina.

XV. Septembris *cingulum* ♍ cum 2. grad. 41. min. ♎ manè oritur, ☿ ♀ natura.

XVI. Septembris oritur vesperi cum 3. grad. 31. min. ♈ *lucida* ♈ naturę ♂ ♄. Eodem quoque die manè cum 3. grad. 45. min. ♈, *Dorsum orientale Ceti*, naturæ ♄, horizontem subit.

XVII. Septembris *Arcturus* manè oritur cum 4. grad. 29. min ♎ naturę ♂ ♃. De quo *Ptol.* ad 7. Idus Septembris & 12. Cal. Octob. hoc monet, arcturo exoriente imbres cadunt copiosi. Et ad Idus Septembris dicit: Hirundines non videntur. Quemadmodum enim occasu arcturi adveniunt, ita ejusdem exortu recedunt.

vide

⊙ ♎
G M

AUGUSTUS.

vide suprà 14. Martii diem. Scribit & Plinius lib. 2. cap. 39. Arcturi sydus non sine procellosa grandine emergere: hocque tum maximè verum experimur, cum ♄ radiis adjuvatur. *Stadius* cap. 7 dicit: videmus hirundines catervatim recedere exortu Arcturi matutino. Et *Sattl.* ax. 1. Saturnus oriens cum Arcturo, efficit ventos Aph.
maximos occidentales, conquatientes terram & maria, pluvias insuper magnas producit, quibus adaucta flumina non modicum inferunt damnum, ut experti fuimus anno 1628. die 24. 25. 26. & 27. Junii. Et *Hesiodus* in quodam opere *ἔργα ϗ ἡμέραι* his sequentibus versibus docet tempus vindemiarum instare, quando Arcturus cosmicè, id est, manè in aurora oritur:

Cum medio cœlo, Canis Orionq; vagantur
Arcturumq; Aurora videt sibi stare propinquum,
Collige tunc omnes, Perse, de vitibus uvas.

Eodem quoque die vesperi oritur, cum 4. grad. 2. min. ♈, *cornu sequens* ♈, naturæ ♄ ♂.

5 15 XVIII. Septembris.

6 14 XIX. Septembris cum 6. grad. 43. min. ♈, *præcedens hœdus aurigæ* vesperi oritur, naturæ ♂ ♀, auster flat vehemens, & pluit. *Ptolom.* Aph.
Et si signum calidum vel siccum aderit, serenitatem promittit.

7 13 XX. Septembris cum 7. grad. 18. min. ♈, *sequens hœdus aurigæ*, vel *Erichtonii* vesperi oritur, ejusdem naturæ, ventorum & maris procellæ validæ fiunt *Ptol.*

8 12 XXI. Septembris *venter Cete* manè occidit cum 8. grad. 8. min. ♈ naturæ ♄.

Eodem etiam die cum 8. grad. 45. min. ♈, *pectus gallinæ* de natura ♀ & ☿ manè occidit.

9 11 XXII. Septembris cum 8. grad. 45. min. ♈, oritur vesperi *cornu* ♈ *præcedens*, naturæ ♂ ♄, & inconstantiam aëris adducit.

Hoc etiam die acronyctè oritur cum 9. grad. 40. min. ♈, *media 3. in lino piscium*, de natura ♄ P. ☿.

10 11 XXIII. Septembris occidit cosmicè cum 10. grad. 23. minu. ♈, *extrema ala Pegasi*, de natura ♂. ☿.

Item *Scheat* vel *crus Pegasi* cum 10. grad. 30. minut. ♈, manè occidit, naturæ ♂ ♃ ☿.

XXIV.

SEPTEMBER.

XXIV. Septembris *lucida coronæ* oritur manè cum 11.grad. 13.m ♎, naturæ ♀ ☿, ventosque excitat. *Ptol.* ad Nonas Octobris de hoc ortu ita loquitur: Corona emergit & conversio est æstatis. Item ad Idus Octobr. Corona exoritur matutino, venti commutantur asperaque in mari hyems & tumultus fit.

XXV. Septembr.

XXVI. Septembris occidit cosmicè cum 13.grad. 36.minut. ♈, *media 3. in lino* ♓, naturæ ♄ P. ☿.

XXVII. Septembris oritur manè, ferè cum 13.grad. 51.min. ♎ *Algorab* seu *ala dextra corvi*, naturæ ♄ ♂, aëremque inconstantem affert.

Item eodem die fermè cum 14.grad. 36. minut. ♎, *spica* ♍ vesperi occidit, naturæ ♀ ♂, ventos movet ab occasu, & adventantem hyemem pollicetur. Saturnus occidens cum spica ♍, producit nebulas & pluvias largas.

XXVIII. Septembris *dextrum crus Bubulci* seu *Bootis* manè oritur cum 14.grad. 50.min. ♎, de natura ♂ & ♄.

XXIX. Septembris *in femore sinistro præcedente Herculis* cum 16. grad. ♎, manè oritur, stella Mercurialis, & ventos commovet occidentales.

Eodem etiam die cosmicè occultatur cum 15.grad. 56.min. ♈, *pectus Ceti Boreale*, naturæ Saturninæ.

XXX. Septembris vesperi emergit *australis 3. in lino Boreo* ♓, cum 17.grad. 20.min. ♈, de natura ♄ P ☿.

Ultimo etiam hoc die heliacè oritur *Arcturus*, quando Sol versatur in 17. grad. & 36. min. ♎.

☉ ♎
G M

OCTOBER.

Octobri effertur venatio, vina, volucres:
Vtere, nec dubites, non tenuisse modum.
Sic tamen: ut ne oneres nimio præcordia victu,
Cumq; modo studeas non tenuisse modum.

18 6 I. Octobris *rostrum Corvi* manè cum 18. grad. 4. minu. ♎ oritur,
naturæ ♄ ♂, aëremque inconstantem producit. Et quando Venus Aph.
in 18. grad. 55. min. ♎, transit per aristam seu spicam ♍, aërem
serenum & flatulentum efficit: si verò cum eadem culminat in O- Aph.
ctobri, promittit nivem & frigidam auram. *Herl.*

19 6 II. Octobris vesperi exoritur cum 19. gr. 7. min. ♈, *præcedens* ♓ *à*
connexu naturæ ♄ P. ☿ Mars conjunctus Arcturo in 19. grad. 18. Aph.
min. ♎, facit dies pluviosos; Sol verò nebulas producit.

20 6 III. Octobris *nodus lini* ♓ manè occidit cum 20. grad. 5. minut. ♈
naturæ ♃ P. ☿.

21 5 IV. Octobris *Spica* ♍ cum 20. grad. 44. min. ♎ manè exoritur,
naturæ ♀ P. ♂, & frigiditatem ac humiditatem auget, Etesiæque
desinunt.

Eodem etiam die *Dorsum* ♌ vesperi occidit cum 21. grad. 9. m.
♎, naturæ ♄ ♀, cœlumq; nubibus & nebulis obscurat. Et Mars oc- Aph.
cidens cum tergo ♌, nubes, nebulas & largas pluvias producit.

22 5 V. Octobris.

23 5 VI. Octobris *cauda* ♌ occidit vesperi cum 23. grad. 21. min. ♎,
naturæ ♄ ♀ ☿. Circa hoc tempus plerique nostrum postremum
aëris teporem expectant, quem linguâ nostra Germanicâ appella-
mus den Gassen-sommer cujus initium & finis observanda sunt. Et Aph.
si Mars aspiciat Solem, sequuntur immensæ pluviæ. Eodem etiã
die cum 22. grad. 48. min. ♎ *cervix corvi* manè exoritur, naturę ♄
♂. Item caput *Andromedæ* manè occidit cum 23. grad. ♈, naturæ
♀ ♃, temperiemque gratam aëris pollicetur: secundum *Sattl.* verò
flatulentum & inconstans tempus producit. Eodem etiam die
cosmicè occultatur *Australis 3. in boreo lino* ♓ cum 22. grad. 46. min
♈, de natura ♄ P. ☿.

VII.

OCTOBER.

⊙ ♎ G M

VII. Octobris oritur vesperi cum 24 grad. 10. min. ♈, *Borealis cauda Cete*, naturę Saturninæ. Item cosmicè descendit *precedens* ♓ *à connexu* cum 23. grad. 53 min. ♈, naturæ ♄ P. ☿. 24 5

VIII. Octobris. 25 4

IX. Octobris cum 26. grad. 18. min. ♈, vesperi oritur *extremum sinistri pedis Persei*, naturæ ♄ ♃. 26 4

Eodem etiam die cum 25. grad. 43. min. ♈, manè horizontem subit *precedens ad genam Ceti*, naturæ ♄

X. Octobris *occiput Cete* cosmicè occidit cum 27. grad. 22. min. ♈; naturę ♄. 27 4

Aph. XI. Octobris *dexter Humerus Herculis* oritur manè cum 29. grad. 8. min. ♎, ☿ natura, & ventorum flatus denunciat. 28 4

Aph. XII. Octobris *Lyra* ferè manè oritur cum 28. grad. 43. min. ♎, naturæ ♀ ☿. Item *medium oris Ceti*, de natura ♄, cosmicè occultatur cum 20. grad. 47. min. ♈. 29 4

Aph. Aph. XIII. Octobris Sol ingreditur ♏. *Cingulum* ♍ cum 0. grad. 15. m. ♏, vesp. occidit, naturæ ☿ ♀ & humidum existit tempus. Sole in Scorpionem ingrediente, si Venus fuerit occidentalis, significat imbres. Eodem etiam die cum 29. grad. 48. minut. ♈, cosmicè descendit *capillamentum Cete*, naturæ ♄. ♏ 4

XIV. Octobris. 1 4

XV. Octobris ferè *Lucida colli serpentis ophiuchi* manè oritur cum 2 grad. 31. min ♏, naturę ♄ ♂, aërque redditur inconstans. Occidit & eodem die *cornu Arietis præcedens* manè cum 2. grad. 23. min. ♉, naturæ ♂ ♄, & aëris inconstantiam adauget, generatque pluvias teste ♂. teste verò ♃ aut ☿ efficit procellas. Item manè oritur cum 2. gr. ♏ *sinister pes* ♍ *australis*, naturæ ☿ P. ♀ & ♂. 2 4

Aph. Aph.

XVI. Octobris ferè *sinister humerus Herculis* cum 3. grad. 34. minut. ♏, ☿ naturæ manè oritur, subitasque tempestates cum vento & pluviis movet: efficit etiam, si coincidat □ ♄ & ♂ tonitrua. Occidit & eodem die manè cum 4. grad. 2. min. ♉, *cornu* ♈ *sequens*, naturæ ♄ ♂. Eodem quoque die ferè cum 2. grad. 51. ♉, manè occidit *lucida mandibula Cete*, naturæ Saturninæ. 3 4

Aph.

XVII. Octobris *sinister pes* ♍ *australis* vesperi occidit cum 4. grad. 10. min. ♏, naturæ ☿ P. ♀ & ♂. Eodem die manè occidit *cornu* ♈ *seq.* cum 4. grad. 5. min, ♉, nat. ♄ ♂, generatq; pluvias teste ♂: teste verò ♃ aut ☿ efficit procellas. Item *extremus pes post.* ♈, manè cum 4. gr. 32. min. ♉ occidit, de natura ♂. 4 5

Aph.

⊙ in ♏
G. M

OCTOBER.

5 5 XVIII. Octobris.

6 5 XIX. Octobris.

7 5 XX. Octobris Sol cum *Lucida coronæ* in 7 grad. 17. min. ♏, promittit lenem auram cum nive. Aph.

8 6 XXI. Octobris.

9 6 XXII. Octobris *borea lanx* ♎ manè oritur cum 9. grad. 13. min. ♏, ♃ ☿ naturæ, & Favonius ſpirat, *Ptol.* ad 4. Idus Octobris. Occidit etiam manè cum 9 grad. 13. min. ♉ *Lucida* ♈, de natura ♂ ♄.

Item veſperi oritur cum 9. grad. 20. minut. ♉, *Tomahant*, naturæ ♀ & ☿.

10 6 XXIII. Octobris *Auſtrina lanx* ♎ oritur manè cum 9. grad. 58. min. ♏, naturæ ♄ ♂, ventoſque inordinatos procreat. Saturnus cum hac ſtella occidens tempore hyemali, ventum ſubſolanum Aph. frigidiſsimum aërem ſerenantem efficit.

Eodem etiam die Sol culminat cum 10. grad. 18. min. ♏, unde Aph. cauſat turbidum tempus. Item acronyctè oritur *occiput Cete* cum 9. grad. 52. min. ♉, de natura ♄.

Eodem etiam die *media cauda* ♈, cum 10. grad. 8. min. ♉, veſperi oritur, naturæ ♀.

11 7 XXIV. Octobris occidit manè cum 10. grad. 54. min. ♉, *venter* ſeu *Femur leporis* naturæ ♄ ☿, ventis aërem movet & agitat.

12 7 XXV. Octobris *Auſtrina lanx* ♎ ferè veſperi occidit cum 11. gr. 46. min. ♏, naturæ ♄ ♂, ventoſque occidentales ſpondet. Item *ultima cauda* ♈, naturæ ♀, cum 12. grad. 25. min. ♉, veſperi oritur, & nives copioſis pluviis mixtas plurimùm affert.

Item *præcedens 3. in cauda* ♈, acronyctè, hoc eſt, veſperi eminet cum 12. grad. 3. min. ♉. naturæ ♀. Item *Lyra*, quæ hactenus radiis ſolaribus tecta, per elongationem ipſius iterum apparere incipit, cum Sol 12. grad. 15. min. ♏ occupat.

13 7 XXVI. Octobris *caput Herculis* manè oritur cum 13. grad. 5. min. ♏, naturæ ☿ ♂ qui ferè eoſdem effectus producit cum Femore Leporis. vide 24. Octobr.

Occidit & eodem tempore manè cum 12. grad. 52. min. ♉, *Apex trianguli*, ventos movens occidentales: eſt enim ſtella Mercurii.

Eodem etiam die *cingulum Andromedæ* manè occidit cum 13. gr. 19. min. ♉, naturæ ♀.

XXVII.

☉ ♏

OCTOBER.

XXVII. Octobris. 14 8

XXVIII. Octobris si in hunc diem signum aliquot pluviosum inciderit, plerumque pluit. Item hic dies, ut plurimum, impetuosus existit. 15 8

XXIX. Octobris. 16 9

XXX. Octobris *vindemiatrix* occidit vesperi cum 17. grad. 23. m. ♏, ♄ ♀ ☿ naturæ. 17 10

Eodem etiam die *cauda* ♏ cum 17. grad. 10. min. ♏, vesperi occidit, naturæ ☿ ♂. flat juxta *Ptol.* ad 10. Calend. Novembris Aquilo, & in mari tempestas est horrida.

Eodem etiam die *Lucida Pleiadum* vesperi oritur cum 16. grad. 35. min. ♏, de natura ♂ ☽, ut & *augustissimus terminus*, quæ stellæ terram continuis pluviis madefaciunt, flat & Auster *Ptol.* ad prid. Idus Octobris. Item acronycè oritur cum 16. grad. 56. min. ♉, *capillamentum Cete*, de natura ♄.

Eodem etiam die cum 16. grad. 49. minut ♉, vesperi oritur, *nodus lini* ♓, naturæ ♃ P. ☿.

XXXI. Octobris *caput Ophiuchi* manè oritur cum 18. grad. 25. m ♏, frigus exasperat, & nubes producit. Est enim stella Saturnina & Venerea. Si Luna aspiciat Solem orientem cum Ophiuchi capite, aut Saturno, nullo alio planetarum præsente, prædic ingens frigus, nebulasque pestilentes. 18 10

Eodem etiam die *sinistra manus austr. Ophiuchi* cum 18. grad. 2. m. ♏, manè emergit, naturæ ♄ P. ♀.

Item *pes sinister Orionis* manè occidit cum 18. grad. 2. minut. ♉, naturæ Jovis, Saturni, & nives copiosis pluviis mixtas, ut plurimum affert.

Eodem etiam die vesperi exoritur cum 18. grad. 2. min. ♉, *sinister talus auriga*, naturæ ♂ ☿ ♃.

Item cosmicè descendit ferè cum 17. grad. 43. min. ♉ *præcedens cauda* ♈, naturæ ♀.

☉ ♏
G. M

NOVEMBER.

Esse salutaris perhibetur Mulsa Novembri,
Gingiber & dulci fissile melle natans.
Tum neque sæpè laves: Veneris neque sacra frequentes;
Ante senex tempus ne videare suum.

19 11 I. Novembris *media caudæ* ♈ cum 19. grad. 18. min. ♉ cosmicè occidit; hoc est, manè quando Sol è regione eminet, naturæ ♀.

20 11 II. Novemb. quo Sol in 20. grad. ♏ existit, dies est Arabicis Astrologis criticus, ut ex quo juxta *Pitatum* in tractat. de mutatione aëris ex *Haly*, *Omaris* & *Sisanis* dictis, &c. quod & notat *Iunctin.* cap. 1. tractatu de revolutione annorum mundi, scitur dispositio aërea in pluviis, tonitruis & corruscationibus in genere. Nam si tunc ♃, ♀ & ☿ fuerint occidentales, aut retrogradi, judicantur illo anno pluviæ multæ. Quòd si ♄ & ♂ quoq, considerentur, uter illorum fortior sit, & quam societatem cum Planetis, imprimis ☿ habeant, reliqua ad aëris mutationem pertinentia cognoscuntur.

Eodem etiam die manè occidit *ultima cauda* ♈ cum 20. grad. 43. min. ♉, naturæ ♀, pluviasque nivibus mixtas producit. Item cum 20. grad. ♉, vesperi exoritur *extremus pes posterior* ♈, de natura ♂. A Tychone hæc stella locata est supra oculum Ceti. Item vesperi exurgit *Dorsum occidentale Ceti*, naturæ ♄, cum 20. grad. 10. m. ♉. Item vesperi supra horizontem adscendit *Dorsum orientale Cete*, ejusdem naturæ, cum 20. grad. 33. min. ♉, & frigidum tempus ante meridiem denotat.

21 12 III. Novembris *Pectus* ♉, manè occultatur cum 20. grad. 46. min ♉, de natura ♂ ☽.

22 13 IV. Novembris Jupiter culminans cum lucida Coronæ in 22 grad. 21. min. ♏, significat serenitatem. Aph.

23 14 V. Novembris *ultima clypei Orionis* manè occidit cum 23. grad. 17. min ♉, naturæ ♃ ♄, aëremque nubibus obductum cum vento, sine tamen pluvia denotat.

Item *lucida australis cauda Cete* cum 23. grad. 20. min. ♉, vesperi oritur, naturæ ♄ frigusque pollicetur.

Item vesperi occidit *nebulosa sequens aculeum* ♏, cum 22. grad. 56. min

NOVEMBER.

56.min.♏,de natura ♀ ☽.

Eodem etiam die ferè cum 23. grad.48.min.♏, vesperi occidit *media frontis* ♏,naturæ ♄ P.♂.Perturbatio aëris,& flat Septentrio Ptol.Item *Dextrum genu Orionis* cosmicè occidit,de natura ♃ ♄ cum 23.grad.43.min.♉.

VI. Novembris.

VII.Novembris.

VIII.Novembris *Antares seu Cor* ♏ vesperi occidit cum 26.grad. 10.min.♏,naturæ ♂ ♃ pluviasque designat.

Eodem etiam die *Rostrum cygni* manè oritur , naturæ ♀ ☿, cum 26.grad.36.min.♏. Occidit etiam manè *prima Hyadum* in naribus cum 26.grad. 18.min. ♉, naturæ ♂, & adauget pluvias. Et

Aph. Sole occidente cum Hyadibus,si tunc Mars,Venus,aut Luna,maximè tamen Mars,hunc quovis etiam radio intuitus fuerit, pluviarum & nivium certus existit promissor,quia vis duplicata præsentia Martis fortiùs agit, & operatur, excitaturq; ad validam aëris impressionem.

Oritur & eodem die *humerus dexter Centauri* cum 26. grad. 37. min. ♏, ventosque & nivem vel pluvias profert.

Item manè exoritur cum 26.grad. 7. min. ♏, *sinistrum genu Ophiuchi*,naturæ ♄ P. ♀.

Item eodem die *dexter humerus Ophiuchi* manè cum 26.grad.44.m. ♏ oritur, ejusdem naturæ.

IX.Novembr.*Borea frontis* ♏ oritur manè cum 27.grad.36.min ♏,naturæ ♂ ♄.

X. Novembris, *Vigilia est Martini*, cui Germani Convivia dicāt, & anseribus vescuntur. Solent autem ex osse pectoris anserini Septemtrionales Populi referente Olao Magno libro decimonono augurium sumere,quàm sæva & durabilis sit futura hyems,

Aph. hoc modo:si os pectoris clarū est, e sis carnib. hyems rigida apparebit : si spissum & opacum,nix plurima hyemsque tepida sequetur. Augurium verò hoc falsum esse apparet , quòd nulla sit non dicam convenientia, sed nec Analogia tempestatum cum osse anserino ipsaque adeò ossa pectoris anserum eodem tempore jugulatorum & exossatorum neutiquam inter se consentiant, quod multoties experientia comprobatum est.

Incipit

NOVEMBER.

Incipit etiam hoc die occidere manè *cingulum Orionis* cum 28. ♉, naturæ ♃ ♄. De quo *Ptol.* ad ultimum Novembris ita loquitur: Orion occidit, Favonius ſpirat & auſtro flante pluit. Occidit & eodem die *lucida Pleiadum* cum 28. grad. 39. min. ♉, manè, naturæ ♂ ☽, quam & aliæ Pleiadum ſequuntur. De quibus *Ptolom.* ad 4. & 3. Idus Novembr. hæc refert: Hyemis initium vergiliç occultantur. Et *Cardanus* 7. aph. 103 ex Plinii ſententia cap. 47. libr. 2. virgiliarum occaſus excitat Aquilonem hyemalem. *Stadius* verò cap. 7. criticum facit hunc occaſum: virgiliarum inquit occaſus matutinus ſi nubilo cœlo accidat, hyemem pluvioſam denunciat; ſi ſereno aſperam. Idem verbis antecedentibus dicit: Succularum & Pleiadum occaſum terrâ mariqúe turbidum eſſe Plinius tradidit. Veriora autem experieris, ſi Mars ſydera illa ſuo acceſſu extimularit. Si ☿ quoque aut radiorum conjectu Martis vel adverſo vel quadrato urgebitur. Et *Satl.* ax. 37. Nullo planetarum reſpiciente vergilias, ſive Pleiades in Novembri: tempus plerunq; ſerenum eſt, & pruinoſum, niſi aſpectus validus eandẽ inferat qualitatem aëri.

XI. Novembris *inferior dextri humeri Ophiuchi* manè exoritur cum 29. grad. 30. min. ♏, naturæ ♄ P. ♀. Item *Canis major* manè occidit cum 29. grad. 14. min. ♉, naturæ ♃ ♂, & *Ptol.* ad 3. Calend. Decembr. Africo flante pluvioſus & nebuloſus eſt dies.

Eodem etiam die *ſecunda* & *tertia hyadum* cum 29. grad. ferè ♉, naturâ ♂, manè occidunt, quibus *Ptol.* ad 10. Cal. Dec. gelidas adſcribit pluvias. vide 8. Novembr.

Eodem etiam die *prima cinguli Orionis* cum 29. grad. 11. min. ♉ manè occidit, naturæ ♃ ♄, turbidus eſt aër, & Favonius flat. vide decimum Novembris diem.

XII. Novembris Sol ingreditur Sagittarium. Item *Boreæ frontis* ♏ cum nullo grad. 52. min. veſperi occidit naturæ ♂ ♄.

Eodem etiam die manè occidit *Palilicium* cum 0. grad. 12. min. ♊, naturæ ♂, non ſine aëris commotione & pluvia nive mixta. Item *medium oris Ceti*, de natura ♄, veſperi in oriente cum 0. grad. 27. min. ♊ cernitur. Item *media frontis* ♏, manè cum 29. grad. 58. ♏, exoritur, naturæ ♄ P. ♂. Item *Arcturus* heliacè occidit; cum 0. grad. 28. min. ♐.

XIII.

☉ ♏
G M

NOVEMBER.

XIII. Novembris *Borea lanx* ♎ occidit vesperi cum 1. grad. 51. 1 20
min. ♐, ♃ ☿ natura, Favonius spirat, & attestante ☿, flatum ventorum maximum gignit. ♄ occidens cum lance, tempore hyemis efficit ventum subsolanum, frigidissimum aërem serenantem. Occidit etiam manè cum 1. grad. 49. min. ♊, naturæ ♂, *oculus boreus* ♉, & constitutionem Palilicii confirmat.

Aph. (margin)

XIV. Novembris *cavum sinistri pedis Ophiuchi* manè oritur cum 2. 2 21
grad. 48. min. ♐, naturæ ♄ P. ♀, nebulasque & aërem tenebricosum gignit. Item *inferior ala Milvi* cum 2. grad. 42. min. ♐, manè exoritur, naturæ ♀ ☿. Item manè occidit *humerus sinister Orionis* cum 2. grad. ♊, naturæ ♂ ☿. Item vesperi acronyctè eminet *præcedens ad genam Cete*, cum 2. grad. 44. min. ♊, naturæ ♄.

XV. Novembris ferè cum 3. grad. 58. min. ♊ vesperi oritur *ven-* 3 22
ter Cete; naturæ ♄, & nives pollicetur.

XVI. Novembris Jupiter cum corde ♏ in 4. grad. 52. min. ♐, 4 23
de natura ejus P. ♂. affert pluvias, cùm est retrogradus; sin verò directus serenitatem. Luna per Cor ♏ in ☍ Palilicii, designat auram humidam *Herl.* in Vere & Autumno, quando nullus Planetarum testimonium huic aspectui confert. Mercurius cum corde ♏, designat turbidum, humidum, ventosum, pluviosum vel nivosum & nubilosum tempus, imo inconstans.

Aph. (margin)

Aph. (margin)

XVII. Novembris oritur vesperi cum 5. grad. 7. min. ♊, *lucida* 5 24
mandibulæ Ceti, naturæ ♄. Item manè oritur cum 5. grad. 32. min. ♐, *cauda Aquilæ* naturæ ♂ ♃.

XVIII. Novembris cum 6. grad. 56. minu. ♐, manè suprà hori- 6 25
zontem ascendit *dextrum genu Ophiuchi*, naturæ ♄ P. ♀.

XIX. Novem. *ungula sin. pedis posterioris Monocerotis* cosmicè occi- 7 26
dit cum 7. grad. 38. min. ♊, de natura ♄ ♃.

XX. Novembris *dexter talus aurigæ* vesperi oritur cum 8. grad. 47 8 28
min. ♊, stella Martialis & Mercurialis. Et austrinam aëris constitutionem cum vento turbido producit. Item manè occidit cum 8. grad. 57. min. ♊, *humerus dexter Orionis*, de natura ♂ ☿.

XXI. Novembris *Cor* ♏ seu *Antares* cum 9. grad. 50. min. ♐, ma- 9 29
nè oritur, naturæ ♂ P. ♃, tempestatesque & humidam aëris intemperiem affert. Occidit etiam manè cum 9. grad. 23. min. ♊, *sinister pes Andromedæ*, naturæ ♀. Item *extremum sinistri pedis Persei* cum 9. grad. 50. min. ♊, manè occidit.

⊙ ♐
G M

NOVEMBER.

Eodem etiam die *secunda Hyadum* vesperi oritur cum 9.grad.56. min.♊, naturæ ♂, & nubilosum ac humidum cœlum cum ventis occidentalibus experimur.

10 30 XXII.Novemb.*Pectus* ♉ vesperi exoritur cum 10.gr.46.min.♊, de natura ♂ ☽. Eodem etiam die *sagitta orient*.cum 10. grad.43. min.♐,manè exoritur,de natura ♂ ♃.

11 31 XXIII.Novembris cum 11.grad.32.min.♊, oritur vesperi *prima hyadum in naribus*, naturæ ♂,testeque Saturno frigus maximum oritur.

12 32 XXIV.Novembris *Coma Berenices*,naturæ ☽ ♀ cum 12.grad. 18. min.♐,tempore vespertino descendit.

13 33 XXV.Novemb.*pes dexter Ophiuchi* oritur manè cum 13.grad.38 min ♐,stella de natura ♄ & ♀, nebulosaq; & obscura aëris constitutione diem finit.

Eodem etiam die vesperi oritur *Tertia hyadum* cum 13.grad.21 min.♊,naturæ ♂.

14 34 XXVI Novembris oritur *oculus* ♉ vesperi cum 14.grad.20.min. ♊, naturæ ♂,& auram humidam ac nivosam efficit.

15 36 XXVII Nov. *Sagittarii cuspis sagitta* vesperi cum 15.grad.46. ♐, occidit,de natura ♂ ☽.

Occidit etiam vesperi cum 15.grad.42. min. ♐, *sinistra tibia Bootis*,de natura ♂ ♄.

16 37 XXVIII.Novembris.

17 38 XXIX.Novembris.

18 39 XXX.Nov.*Aquila* oritur manè cum Sole & 18.grad.44.min. ♐, & pluvias vel nives producit cum remissione frigoris. Est enim stella Martialis & Jovialis: secundum *Satler*. verò nonnunquam procellas procreat. In genere aërem inconstantem reddit. Et cum Mercurii directio in hunc diem incidit, efficit ventos & procellas.Aquilæ exortus,si in Novilunium incidat,omnes hybernos fructus lædi necesse est.*Aratus* in suis phænomenis ad 13. Calend. Januarii in Italia. Eodem etiam die cum 18.grad.41.minut. ♊, manè occidit *Caput Algol*, naturæ ♄ ♀ ♃. Item cum 18. grad.17.min.♊ manè occidit *cornu australe extremum* ♉, naturæ Martis. Aph.

DECEM

DECEMBER.

Juxta menſe focum calidis utare Decembri.
Tunc jaceant menſis gramina nulla tuis.
Incidas capitis defenſi à frigore venam,
Cinnameoq; tuus fragret odore calix.

I. Decembris *pes dexter Ophiuchi* veſperi occidit cum 19. grad. 22. min. ♐, naturæ ♄ P. ♀.

II. Decembris *manubrium ſiniſtra manus* ♐ veſpertino occidit, cũ 20. grad. 18. min. ♐, naturæ ♃ ♂.

Eodem quoque die acronyctè oritur cum 20, grad 22, min. ♊, *pectus Ceti boreale*, naturæ ♄.

III. Decembris.

IV. Decembr. *Arcturus* cum 22. grad. 21. min. ♐, veſperi occidit, naturæ ♂ ♃, ante cujus occaſum venti auſtrini flant. *Card.* 7. Aph. 103. Et *Aratus* in ſuis phænomenis: Arcturi occaſus veſpertinus imbres vehementiſsimos ſignificat, terrâ marique; ratio ejus hæc traditur: ſi Delphino occidente imbres fuerint, non defuturi ſunt
Aph. per Arcturum. Saturnus cum Arcturo occidens, efficit nebulas & ad nives proclive tempus in hyeme.

Eodem etiam die veſperi occidit *dextrum Crus Bootis* cum 22. gr. 10. min. ♐, de natura ♂ ♄. Item cum 22, grad. 26. min. ♐, *collum Aquilæ* matutino exoritur, ſtella Martialis & Jovialis. Item *ſiniſtrum genu ophiuchi* veſperi deſcendit cum 22. grad. 51. m. ♐, nat. ♄ P. ♀.

V. Decembr. *venter & præcedens latus in Rhomboida boreali*, Delphini manè cum 23. grad. 30. min. ♐ oriuntur, ſtellæ de natura ♄ & ♂.
Aph. Saturno oriente cum Delphinoq; efficit nebulas & frigus modicũ in hyeme. Et *Satl.* ax. 51. Saturnus oriens cum Delphino, ſi Mars
Aph. ex piſcibus reſpexerit, efficit multis diebus ante & poſt pluvioſã & ventoſam tempeſtatem: aër præterea redditur inconſtans.

Eodem etiam die *cornu auſtrale extremum* ♉ cum 23. grad. 57. m. ♊ veſperi oritur, naturæ ♂, & nubiloſum cœlum experimur. Item coſmicè deſcendit *ſiniſter talus aurigæ* cum 24. gr. 12. m. ♊, nat. ☿ ♃.

VI. Dec. *ſequens latus auſtral. Delphini* manè oritur cum 24. grad. 9. m. ♐, nat. ♄. ♂. Item *dextrum genu Ophiuchi* veſperi deſcendit cum 24. grad. 18. min. ♐, naturæ ♄ P. ♀.

☉ ♐
G M

DECEMBER.

Item *sinistra manus Austr. Ophiuchi* cum 24. grad. 54. min. ♐, vesperi occultatur, ejusdem naturæ. Necnon manè occidit cum 24. grad. 13. min. ♊ *dexter talus aurigæ* seu *Erichtonii*, naturæ ♂ P. ☿.

25 48 VII. Decembris oritur manè cum 26. grad. 2. min. ♐, *cauda Delphini*, naturæ ♄ ♂ index pluviarum vel nivium, ventorumque fit concursus.

Eodem etiam die manè occidit *Propus* cum 26. grad. 6. min. ♊, naturæ ☿ P. ♀. Item manè exoritur *sagittarii arcus borealis* cum 25. 36. min. ♐, naturæ ♃ ♂.

26 49 VIII. Decembris.

27 51 IX. Decembris *Lucida colli serpentis Ophiuchi* occidit vesperi cum 28. grad. ♐, ♄ ♂ naturæ.

Eodem quoque die vesperi oritur, cum 27. grad. 14. minut. ♊, *Propus*, naturæ ☿ P. ♀. Item manè occidit cum 27. grad. 52. min. ♊, *præcedens* ♊ *pes prior*, naturæ ☿ P. ♀.

28 52 X. Decembris *Sagittarii arcus australis* vesperi cum 28. grad. 49 min. ♐ occidit, naturæ ♃ ♂.

29 53 XI. Decembris *Procyon* manè occidit cum 29. grad. 50. min. ♊, naturæ ☿ P. ♂. De quo ad 3. Cal. Decembr. *Ptolom.* hoc monet: Canis occidit manè, & affrico spirante pluit. *Cardan.* ex sententia *Plinii* libr. 2. cap. 47. de hoc tempore 7. aph. 94. ita loquitur: proximi septimi dies à Bruma, totidemque ante, rarò ventis infestantur, Halcyoniique vocantur, ab Halcyone maritima ave, quæ istis diebus, quibus tanta est tranquillitas in mari Atlantico, ut nihil penitus moveri possit, nidumque facit in mari, ovaque sua parit, & pullos educit. Fabulantur verò Poëtæ, Æolum hoc filiæ suæ posteritati tribuisse, ut quandiu illa pullis procreandis vacet, tam diu summa in mari sit tranquillitas. Nec dissentit *Stadius* cap. 7. stell. fixar. inquiens: Halcyonia sive tranquillissimam tempestatem, nobis quoque evenire circa Brumale Solstitium observavimus. Accidere enim solet tranquillitas illa, sine ventorum flabris cùm hyems aspera, & aliquomodo serena est, terraque gelu maximo constringitur, ut nihil ferè vaporum è terra educi possit. Quod si hyems tepida & humida sit, venti æquè ac aliis temporibus, imò majori impetu ruentes animadvertuntur.

Eodem etiam die cum 29 grad. 18. min. ♐, vesperi occidit *Axilla* ♐, naturæ ♃ ♄, serenitasque cum frigore intensiore designatur

DECEMBER.

gnatur. Item veſperi oritur cum 29.grad. 58.min. ♊, *præcedens* ♊ *pes prior*, naturæ ☿ P.♀. Item calx ♊ manè occidit cum 29.grad. 58.min. ♊, naturæ ☿ P.♀.

XII.Decembris Sol ingreditur tropicum ſignum ♑; occidit veſperi cum 0 grad. 26.min. ♑, *jaculum* ♐, naturæ ♃ ♂, quod leniorem auram & remiſsius frigus pollicetur. Item *latus dextrum* & *genu Antinoi* cum 1.grad. ♑, manè oriuntur, de natura ♂ ♃.

XIII.Decembris occidit veſperi *ſiniſtrum femur* ♐, cum 1.grad. 27.min. ♑, naturæ ♄ ♃, ventosque & auræ ſerenitatem proferre conatur. Eodem etiam die veſperi oritur cum 1.grad. 51.m. ♋ *calx* ♊, naturæ ☿ P ♀. Item veſperi occidit cum 1.grad. 50.m. ♑, *Sagittarii arcus Borealis*, naturę ♃ ♂, & Aquilo flat.

XIV.Decembris oritur manè cum 2.grad. 59.min. ♑ *ſiniſtra manus Antinoi*, naturæ ♂ ♃. Item veſperi oritur *caſtor* ſeu *caput præcedens* ♊ cum 2.grad. 38.min. ♋, naturæ ♂ ♀ ♄, ventosque occidentales creat.

Eodem etiam die cum 2.grad. 37.min. ♋, *Boreal. ſiniſtr. genu* ♊ *præced.* veſperi emergit, naturæ ♄.

XV.Decembris *Sagittarii arcus auſtralis* manè exoritur cum 4.gr. 23.min. ♑, naturæ ♃ ♂. Eodem etiam die *ſiniſter humerus* ♐ veſperi occidit cum 3.grad 31.min. ♑, ejusdem naturæ.

XVI Decembris.

XVII.Decembris oritur veſperi cum 6.grad. 29.min. ♋, *nebuloſa in capite Orionis* de natura ♃ & ♄, nebulæ & humiditates expectandæ.

Hoc etiam die manè oritur cum 6.grad. 10.min. ♑, *ſagittarii cuſpis ſagittæ*, ♂ ☽ natura, & nives & pluvias procreat.

Eodem fermè die ♐ *trium in cap. præced.* manè oritur cum 6.gr. 9.min. ♑, de natura ☉ ♂: *Sol culminans cum Lyra Fidicula* in 5.grad.
Aph. 46.min. ♑, portendit radios ſerenitatis.

XVIII.Decembris occidit veſperi cum 6.grad. 48.min. ♑, *nebuloſa* ♐, naturæ ☉ ♂, & nebulas obſcuritatemque aëris parit.

Eodem etiam die cum 7.grad. 8.min. ♋, *humerus ſiniſter Orionis* veſperi oritur, naturæ ♂ ☿, & remiſsionem frigoris cum aëris perturbatione & ventorum pugna affert. Eodem die etiam cum 6.grad. 51.min. ♋ veſpe. oritur *ultima clypei Orionis*, naturæ ♃ ♄, & deſignat pluvias. Item *ſiniſtrum genu* ♊ *ſequens* cum 7.grad. 9.min.

☉ ♑
G. M

DECEMBER.

♋ cosmicè descendit, naturæ Saturninæ.

8 4 XIX. Decembris *Nebulosa* ♐ oritur manè cum Sole & 8. grad. 4. min. ♑, naturæ ☉ ♂, nebulasque & humiditates cum ventorũ pugna causat.

Eodem etiam die *Boreal. sinistr. genu* ♊ *præcedens* cosmicè descendit cum 8. grad. 31. min. ♋, naturæ ♄.

9 5 XX. Decembris cum 9. grad. 14. min. ♑, *ultima cap.* ♐ manè oritur, naturæ ☉ ♂.

10 7 XXI. Decembris *manubrium sinistræ manus* ♐, manè exoritur, cum 9. grad 54. min. ♑, naturę ♃ ♂.

11 8 XXII. Decembris *Aculeus* ♏ manè oritur cum 11. grad. 40. min. ♑, de natura ☿ & ♂, nebulasque efficit. Oritur quoque cum 11. grad. 30. min. ♑ *jaculum* ♐, de natura ♃ & ♂, varius & nivosus fit aëris status. Oritur etiam hoc die, vel potiùs 23. *dexter humerus Pegasi* cum 11. grad. 54. min. ♑. naturæ ♂ ♃ ☿. Leniorem auram & remissius frigus pollicetur. Oritur etiam *Luc.* ♊ *pes* cum 11. grad. 36. min. ♋, naturæ ☿ P. ♀.

Item ♐ *caput præcedens* vesperi occidit cum 11. grad. 19. min. ♑ naturæ ☉ ♂.

12 9 XXIII. Decembris. ferè cum 11. grad. 58. min. ♋ *Cor Hydræ*, naturæ ♄ ☿. manè occidit, nebulasque & humiditates cum ventorum pugna procreat. Eodem etiam die vesperi occidit cum 11 grad. 51. min. ♑ naturæ ♂ ☉, *media* ♐ *cap.*

Eodem etiam die vesperi oritur cum 11. grad. 45. min. ♋, *Pollux* seu *caput sequens* ♊, naturæ ♂, & remissionem frigoris cum aëris perturbatione & ventorum pugna affert. Item *sinistrum genu* ♊ *sequens* cum 12. grad. 27. min. ♋, vesperi oritur, naturę ♄.

Eodem quoque die vesperi oritur cum 12. grad. 9. min. ♋, *humerus dexter Orionis* naturæ ♂ ☿. nivesque cum ventis occidentalibus producit; & si Jupiter eidem testimonium perhibuerit, tempestas efficitur. *Jupiter* in 13. grad. 54. min. ♑, constitutus, oritur cũ *Scheat vel crure Pegasi*, efficitque ventos occidentales vehementes, cogit nubes ac condensat, effunditque pluvias largissimas. *Satlerus* axiomate 55. Aph.

13 11 XXIV. Decembris *ultima* ♐ *cap.* vesperi occidit cum 13. grad. 12. min. ♑. naturæ ☉ ♂. Eodem etiam die cum 13. grad. 13. m. ♑, *sinister humerus* ♐ manè emergit, naturæ ♃ ♂.

Item

DECEMBER.

Item *venter sequentis* ♊ manè occidit cum 13.grad. 15.min. ♋, urę ♄.

XXV. Decembris oritur *prima Balthei Orionis* vesperi cum 13.gr. 54 min. ♋. De quo *Ptol.* in enarr. stellar. significationibus ad Nonas Februarii sic scribit: Zona Orionis emergit, turbidus est aër, flatu Favonii. Eodem etiam die vesperi oritur cum 14. grad. 13. min. ♋, *venter* ♊ *sequens*, naturæ ♄.

XXVI. Decembris.

XXVII. Dec. ferè cum 15.grad.47. min. ♑ manè oritur *rictus seu os Pegasi* ♂ ♃ ♀ naturæ. Item *media Balthei Orionis* vesperi oritur cũ 16.grad. 10.min. ♋, naturæ ♃ ♄.

XXIIX. Decemb. *boreal. superius cornu* ♑, manè oritur cum 17.gr. 35.min. ♑, ♀ ♂ natura. Eodem die manè exoritur cum 17. gradu 25.min. ♑, *nebulosa sequens aculeum* ♏, de natura ♂ ☽.

XXIX. Decembris.

XXX. Decembris *Lucida Coronæ* cum 19.grad. ♑ vesperi occidit naturæ ♀ ☿, tempestatemque efficit *Ptol. Venus* occidens cum lucida Coronæ, efficit ventos & pluvias; Jupiter verò ventos occidentales, pluviosumque nubilosum & insalubre tempus in hyeme. Eodem etiam die occidit vesperi cum 19.grad.37. minut. ♑, *Brachium dextrum Herculis*, de natura ☿, Borrhapeliotes spirat, & aërem incrassat cum emissione frigoris. Eodem ferè die cum 18. grad.48.min. ♋, vesperi oritur *Rigel Orionis*, de natura ♃ ♄. Item *præcedens hædus* cum 10.grad.19.min. ♋, manè occidit, nat ♂ ♀.

XXXI. Dec. *Axilla* ♐ de natura ♃ ♄ oritur manè cum 20. grad. 18.min ♑, aura frigida conglacians orientali vento juncta animadvertitur. Item *inferior dextri humeri Ophiuchi* cum 20. grad. 40. min. ♑, occidit acronyctè, naturæ ♄ P. ♀ Item *dexter humerus Ophiuchi* vesperi occidit cum 20.grad.57.m. ♑, ejusdem naturæ Nec non manè occidit cum 20.grad.32.min. ♋ *sequens hædus aurigæ*, naturæ ♂ ♀.

FINIS.

Et hactenus de ortu & occasu Astrorum singulis diebus mensium congruente dictum est. Etsi verò quotidiana experientia demonstrat has significationes fixarum sese eodem, quo determinatæ sunt modo, non semper exhibere, ut dubium alicui exoriri posit, num commemorationi huic fides adhibenda sit: sciendum tamen assensum neutiquam esse denegandum; quandoquidem stellæ fixæ & Sol, ex quorum conjuncto vel opposito ascensu & descensu hæc determinatio desumpta est, verè id quod diximus operantur & efficiunt, modò aliorum planetarum suffragiis non impediantur, sed potius adjuventur.

Quod enim in magno aliquo Concilio evenire solet, id in cælo reverâ quoad hanc Sublunarium vicissitudinem à Planetarum habitudine dependentem conspici potest. Vt itaque Præses concilii sine suffragio aliorum, aut certè potentiorum & præstantiorum nihil decernit: ita Sol situ & lumine aliis Planetis longè præstantior, tanquam summus Rex, si suffragio aliorum Planetarum; præsertim trium superiorum destitutus, parum aut nihil operatur. Hinc contingit, ut nullo Planetarum respiciente vergilias, sive Pleiades, tempus plerumque serenum, frigidum tamen & pruinosum efficiatur. Serenitatem autem tunc spondebis intrepidè, si deprehenderis Planetas superiores, maximè Martem à stellarum tempestuosarum & pluviosarum congressu abstinere: pluvias verò ex contrario colliges.